





**IMAGE EVALUATION
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic
Sciences
Corporation**

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

1.5
1.8
2.0
2.2
2.5
2.8
3.2
3.6
4.0

**CIHM/ICMH
Microfiche
Series.**

**CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

1.5
1.8
2.0
2.2
2.5
2.8
3.2
3.6
4.0

© 1986

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/
Couverture de couleur
- Covers damaged/
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.

- Coloured pages/
Pages de couleur
- Pages damaged/
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/
Pages détachées
- Showthrough/
Transparence
- Quality of print varies/
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image/
Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.

Additional comments:
Commentaires supplémentaires:

Irregular pagination : [2] - 40, 45 - [60] p. Various pagings. Wrinkled pages may film slightly out of focus.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	12X	14X	16X	18X	20X	22X	24X	26X	28X	30X	32X
				✓							

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:


D. B. Weldon Library
University of Western Ontario

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol \rightarrow (meaning "CONTINUED"), or the symbol ∇ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:


D. B. Weldon Library
University of Western Ontario

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole \rightarrow signifie "A SUIVRE", le symbole ∇ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.



CURRICULUM LATINUM

AD USUM JUVENTUTIS.

PARS SECUNDA.

A COURSE OF LATIN READING FOR THE USE OF SCHOOLS,

PART SECOND,

CONTAINING

THREE BOOKS OF THE AENEID.

THE GEORGICS OF VIRGIL.


THE ODES OF HORACE.

THE FASTI OF OVID.

MONTREAL:

ARMOUR AND RAMSAY.

1850.



P. VIRGILII MARONIS

AENEIDOS

LIBRI I—III.

CAREFULLY REVISED.

MONTREAL:
ARMOUR & RAMSAY.

1850.

T198

ILLE
Carme
Ut qu
Gratu

Arma
Italian
Littor
Vi sup
Mult
Inferre
Albani
Mus
Quidve
Insigne
Impule
Urb
Cartha
Ostia,
Quam
Postha
Hic cu
Si qua
Progen
Audier
Hinc p
Ventur
Id met
Prima
Nec du
Exciden

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS

LIBER I.

ILLE ego, qui quondam gracili modulatus avena
Carmen, et, egressus silvis, vicina coëgi
Ut quamvis avido parerent arva colono ;
Gratum opus agricolis : at nunc horrentia Martis.

Arma virumque cano, Trojae qui primus ab oris 5
Italiam, fato profugus, Lavinia venit
Littora : multum ille et terris jactatus et alto,
Vi superûm, saevae memorem Junonis ob iram.
Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem,
Inferretque deos Latio ; genus unde Latinum, 10
Albanique patres, atque altae moenia Romae.
Musa, mihi caussas memora, quo numine laeso,
Quidve dolens, regina deûm tot volvere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores,
Impulerit : tantaene animis coelestibus irae ? 15
Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni,
Carthago, Italiam contra Tiberinaque longe
Ostia, dives opum, studiisque asperrima belli ;
Quam Juno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo. Hic illius arma, 20
Hic currus fuit : hoc regnum dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, jam tum tenditque fovetque.
Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quae verteret arces ;
Hinc populum, late regem, belloque superbum, 25
Venturum excidio Libyae ; sic volvere Parcas.
Id metuens, veterisque memor, Saturnia, belli,
Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis :
Nec dum etiam caussae irarum saevique dolores
Exciderant animo ; manet alta mente repostum 30

Judicium Paridis, spretaque injuria formae,
 Et genus invisum, et rapti Ganymedis honores :
 His accensa super, jactatos aequore toto,
 Troas, reliquias Danaûm atque immitis Achilli,
 Arcebat longe Latio ; multosque per annos 35
 Errabat, acti fati, maria omnia circum.
 Tantae molis erat Romanam condere gentem !
 Vix, e conspectu Siculae telluris, in altum
 Vela dabant laeti, et spumas salis acre ruebant ;
 Quum Juno, aeternum servans sub pectore volnus, 40
 Haec secum : Mene incepto desistere victam,
 Nec posse Italia Teucrorum avertere regem ?
 Quippe vetor fati. Pallasne exurere classem
 Argivûm, atque ipsos potuit submergere ponto.
 Unius ob noxam et furias Ajacis Oilci ? 45
 Ipsa, Jovis rapidum jaculata e nubibus ignem,
 Disjecitque rates, evertitque acquora ventis ;
 Illum, exspirantem transfixo pectore flammam,
 Turbine corripuit, scopuloque infixit acuto.
 Ast ego, quae divom incedo regina, Jovisque 50
 Et soror et conjunx, una cum gente tot annos
 Bella gero. Et quisquam numen Junonis adoret
 Praeterea, aut supplex aris imponat honorem ?
 Talia flammato secum, dea, corde volutans,
 Nimborum in patriam, loca feta furentibus austris, 55
 Aeoliam venit. Hic vasto rex Aeolus antro
 Luctantis ventos tempestatesque sonoras
 Imperio premit, ac vinclis et carcere frenat.
 Illi indignantes, magno cum murmure, montis
 Circum claustra fremunt : celsa sedet Aeolus arce, 60
 Sceptra tenens, mollitque animos, et temperat iras.
 Ni faciat, maria ac terras coelumque profundum
 Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.
 Sed pater omnipotens speluncis abdedit atris,
 Hoc metuens ; molemque et montis insuper altos 65
 Imposuit, regemque dedit, qui foedere certo
 Et premere et laxas sciret dare jussus habenas.
 Ad quem tum Juno supplex his vocibus usa est :
 Aeole, namque tibi divom pater, atque hominum rex,
 Et mulcere dedit fluctus et tollere vento ; 70
 Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor,

Ilium in Italiam portans, victosque Penates :
 Incute vim ventis, submersasque obrue puppes ;
 Aut age diversos, et disjice corpora ponto.
 Sunt mihi bis septem praestanti corpore nymphae, 75
 Quarum, quae formâ pulcherrima, Deïopeam
 Connubio jungam stabili, propriamque dicabo ;
 Omnis ut tecum, meritis pro talibus, annos
 Exigat, et pulchra faciat te prole parentem.
 Aeolus haec contra : Tuus, o regina ! quid optes 80
 Explorare labor ; mihi jussa capessere fas est.
 Tu mihi, quodcumque hoc regni, tu scepra Jovemque
 Concilias : tu das epulis accumbere divom,
 Nimborumque facis tempestatumque potentem.
 Haec ubi dieta, cavum, conversa cuspide, montem 85
 Impulit in latus ; ac venti, velut agmine facto,
 Qua data porta, ruunt, et terras turbine perfiant.
 Incubere mari, totumque a sedibus imis
 Una Eurusque Notusque ruunt, creberque procellis 90
 Africus, et vastos volvunt ad littora fluctus.
 Insequitur clamorque virûm, stridorque rudentum,
 Eripiunt subito nubes coelumque, diemque,
 Teucrorum ex oculis : ponto nox incubat atra.
 Itonuere poli, et crebris micat ignibus aether ;
 Praesentemque viris intentant omnia mortem. 95
 Extemplo Aeneae solvuntur frigore membra :
 Ingemit, et, duplicis tendens ad sidera palmas,
 Talia voce refert : O terque quaterque beati !
 Quis ante ora patrum Trojae sub moenibus altis
 Contigit oppetere ! o Danaûm fortissime gentis, 100
 Tydide ! mene Iliacis occumbere campi
 Non potuisse, tuaque animam hanc effundere dextra ?
 Saevus ubi Aeacidæ telo jacet Hector, ubi ingens
 Sarpedon ; ubi tot Simoïs correpta sub undis
 Scuta virûm, galeasque, et fortia corpora, volvit. 105
 Talia jaetanti stridens aquilone procella
 Velum adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit :
 Franguntur remi ; tum prora avertit, et undis
 Dat latus : insequitur cumulo praeruptus aquae mons.
 Hi summo in fluetu pendent : his unda dehiscens 110
 Terram inter fluctus aperit : furit aestus arenis.
 Tris Notus abreptas in saxa latentia torquet ;

Saxa, vocant Itali mediis quae in fluctibus Aras,
 Dorsum immane mari summo. Tris Eurus ab alto
 In brevia et syrtis urguet, miserabile visu ! 115
 Illiditque vadis, atque aggere eingit arenae.
 Unam, quae Lyeios fidumque vehebat Orontem,
 Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
 In puppim ferit : excutitur pronusque magister
 Volvitur in caput : ast illam ter fluctus ibidem 120
 Torquet agens circum, et rapidus vorat aequore vortex.
 Apparent rari nantes in gurgite vasto ;
 Arma virum, tabulaeque, et Troia gaza, per undas.
 Jam validam Ilionei navem, jam fortis Achatae,
 Et qua vectus Abas, et qua grandaeus Aletes, 125
 Vicit hiems : laxis laterum compagibus omnes
 Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.
 Interea, magno misceri murmure pontum,
 Emissamque hiemem, sensit Neptunus, et imis
 Stagna refusa vadis, graviter commotus ; et, alto 130
 Prospiciens, summa placidum caput extulit unda.
 Disjectam Aeneae toto videt aequore classem ;
 Fluctibus oppressos Troas, coelique ruina.
 Nee latuere doli fratrem Junonis, et irac.
 Eurum ad se Zephyrumque vocat ; dehinc talia fatur : 135
 Tantane vos generis tenuit fiducia vestri ?
 Jam coelum terramque meo sine numine, Venti,
 Miscere, et tantas audetis tollere moles ?
 Quos ego—sed motos praestat componere fluctus :
 Post mihi non simili poena commissa luetis. 140
 Maturate fugam, regique haec dicite vestro :
 Non illi imperium pelagi, saevumque tridentem,
 Sed mihi, sorte datum. Tenet ille immania saxa,
 Vestras, Eure, domos : illa se jactet in aula
 Aeolus, et clauso ventorum carcere regnet. 145
 Sic ait, et dicto citius tumida aequora placat :
 Collectasque fugat nubes, solemque reducit.
 Cymothoë, simul et Triton adnixus, acuto
 Detrudunt navis scopulo : levat ipse tridenti ;
 Et vastas aperit syrtis, et temperat aequor ; 150
 Atque rotis summas levibus perlabitur undas.
 Ae, veluti magno in populo quum saepe coorta est
 Seditio, saevitque animis ignobile volgus,

Jamque faces et saxa volant ; furor arma ministrat :
 Tum, pietate gravem ac meritis si forte virum quem 155
 Conspexere, silent, adrectisque auribus adstant ;
 Iste regit dietis animos, et pectora muleet :
 Sic cunctus pelagi cecidit fragor, aequora postquam
 Prospiciens genitor, coeloque invectus aperto,
 Flectit equos, curruque volans dat lora secundo. 160
 Defessi Aeneadae, quae proxima, littora cursu
 Contendunt petere, et Libyae vertuntur ad oras.
 Est in secessu longo locus : insula portum
 Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto
 Frangitur inque sinus scindit sese unda reductos. 165
 Hinc atque hinc vastae rupes, geminique minantur
 In coelum scopuli, quorum sub vertice late
 Aequora tuta silent : tum silvis scena eoruscis
 Desuper, horrentique atrum nemus imminet umbra.
 Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum : 170
 Intus aquae dulces, vivoque sedilia saxo :
 Nympharum domus. Hic fessas non vincula navis
 Ulla tenent ; unco non adligat ancora morsu.
 Huc septem Aeneas collectis navibus omni
 Ex numero subit ; ac, magno telluris amore 175
 Egressi, optata potiuntur Troës arena,
 Et, sale tabentis, artus in littore ponunt.
 Ac primum silicii scintillam excudit Achates,
 Suscepitque ignem foliis, atque arida circum
 Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam. 180
 Tum Cererem, corruptam undis, Cerealiaque arma,
 Expediunt, fessi rerum ; frugesque receptas
 Et torrere parant flammis, et frangere saxo.
 Aeneas scopulum interea conscendit, et omnem
 Prospectum late pelago petit ; Anthea si quem 185
 Jactatum vento videat, Phrygiasque biremis,
 Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caïci.
 Navem in conspectu nullam ; tris littore cervos
 Prospicit errantis : hos tota armenta sequuntur
 A tergo, et longum per vallis pascitur agmen. 190
 Constitit hic, arcumque manu celeresque sagittas
 Corripuit, fidus quae tela gerebat Achates :
 Ductoresque ipsos primum, capita alta ferentis
 Cornibus arboreis, sternit ; tum volgus ; et omnem

- Miscet agens telis nemora inter frondes *rum* bam. 195
 Nec prius absistit, quam septem ingentia victor
 Corpora fundat humi, et numerum cum navibus aequet.
 Hinc portum petit, et socios partitur in omnis.
 Vina, bonus quae, deinde, cadis onerarat Acestes
 Littore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros, 200
 Dividit, et dictis moerentia pectora mulcet:
 O socii! neque enim ignari sumus ante malorum;
 O passi graviora! dabit Deus his quoque finem.
 Vos et Scyllaeam rabiem penitusque sonantis
 Accêstis scopulos: vos et Cyclopea saxa 205
 Experti. Revocate animos, moestumque timorem
 Mittite: forsan et haec olim meminisse juvabit.
 Per varios casus, per tot discrimina rerum,
 Tendimus in Latiurn; sedes ubi fata quietas
 Ostendunt; illic fuis regna resurgere Trojae. 210
 Durate, et vosmet rebus servate secundis.
 Talia voce refert; curisque ingentibus aeger
 Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.
 Illi se praedae accingunt dapibusque futuris:
 Tergora deripiunt costis, et viscera nudant. 215
 Pars in frusta secant, veribusque trementia figunt:
 Littore aëna locant alii, flammisque ministrant.
 Tum victu revocant vires; fusique per herbam
 Implentur veteris Bacchi pinguisque ferinae.
 Postquam exempta fames epulis, mensaeque remotae, 220
 Amisso longo socios sermone requirunt,
 Spemque metumque inter dubii, seu vivere credant,
 Sive extrema pati. nec jam exaudire vocatos.
 Praecipue pius Aeneas, nunc acris Oronti,
 Nunc Amyci casum gemit, et crudelia secum 225
 Fata Lyci, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.
 Et jam fuis erat: quum Jupiter, aethere summo
 Despiciens mare velivolum, terrasque jacentis,
 Littoraque, et latos populos, sic vertice coeli
 Constitit, et Libyae defixit lumina regnis. 230
 Atque illum, talis jactantem pectore curas,
 Tristior, et lacrimis oculos suffusa nitentis,
 Aloquitur Venus: O qui res hominumque deumque
 Aeternis regis imperiis, et fulmine terres!
 Quid mens Aeneas in te committere tantum, 235

Quid Troës potuere? quibus, tot funera passis,
 Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.
 Certe hinc Romanos olim, volventibus annis,
 Hinc fore ductores, revocato a sanguine Teucri,
 Qui mare, qui terras omni ditione tenerent, 240
 Pollicitus. Quae te, Genitor, sententia vertit?
 Hoc equidem occasum Trojae, tristisque ruinas,
 Solabar, fatis contraria fata rependens :
 Nunc eadem fortuna viros, tot casibus actos,
 Insequitur. Quem das finem, Rex magne, laborum? 245
 Antenor potuit, mediis elapsus Achivis,
 Illyricos penetrare sinus atque intima tutus
 Regna Liburnorum, et fontem superare Timavi :
 Unde per ora novem vasto cum murmure montis
 It mare proruptum, et pelago premit arva sonanti. 250
 Hic tamen ille urbem Patavi, sedesque locavit
 Teucrorum, et genti nomen dedit, armaque fixit
 Troia ; nunc placida compostus pace quiescit.
 Nos, tua progenies, coeli quibus annuis arcem,
 Navibus, infandum! amissis, unius ob iram 255
 Prodimur, atque Italis longe disjungimur oris.
 Hic pietatis honos? sic nos in scepra reponis?
 Olli subridens hominum sator atque deorum
 Voltu, quo coelum tempestatesque serenat,
 Oscula libavit natae; dehinc talia fatur : 260
 Parce metu, Cytherea; manent immota tuorum
 Fata tibi; cernes urbem et promissa Lavini
 Moenia, sublimemque feres ad sidera coeli
 Magnanimum Aenean: neque me sententia vertit.
 Hic (tibi fabor enim, quando haec te cura remordet, 265
 Longius et volvens fatorum arcana movebo)
 Bellum ingens geret Italia, populosque ferocis
 Contundet; moresque viris et moenia ponet:
 Tertia dum Latio regnantem viderit aestas,
 Ternaque transierint Rutulis hiberna subactis. 270
 At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
 Additur, (Ilus erat dum res stetit Iliæ regno)
 Triginta magnos volvendis mensibus orbis
 Imperio explebit, regnumque ab sede Lavini
 Transferet, et longam multa vi muniet Albam. 275
 Illic jam ter centum totos regnabitur annos

Gente sub Hectorea; donec regina sacerdos,
 Marte gravis, geminam partu dabit Iliia prolem.
 Inde, lupae fulvo nutricis tegmine laetus.
 Romulus excipiet gentem, et Mavortia condet 280
 Moenia, Romanosque suo de nomine dicet.
 His ego nec metas rerum, nec tempora, pono;
 Imperium sine fine dedi. Quin aspera Juno,
 Quae mare nunc terrasque metu coelumque fatigat,
 Consilia in melius referet, mecumque fovebit 285
 Romanos, rerum dominos, gentemque togatam.
 Sic placitum. Veniet, lustris labentibus, actas,
 Quum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenae
 Servitio premet, ac victis dominabitur Argis.
 Nascetur pulchra Trojanus origine Caesar, 290
 Imperium Oceano, famam qui terminet astris,
 Iulius, a magno demissum nomen Iulo.
 Hunc tu olim coelo, spoliis orientis onustum,
 Accipies securus: vocabitur hic quoque votis.
 Aspera tum positis mitescent saecula bellis; 295
 Cana Fides, et Vesta, Remo cum fratre Quirinus,
 Jura dabunt; dirae ferro et compagibus arctis
 Claudentur Belli portae; Furor impius intus,
 Saeva sedens super arma, et centum vinctus aenis
 Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento. 300
 Haec ait: et Maia genitum demittit ab alto,
 Ut terrae, utque novae pateant Carthagini arces,
 Hospitio Teucris; ne fati nescia Dido
 Finibus arceret. Volat ille per aëra magnum
 Remigio alarum; ac Libyae citus adstitit oris. 305
 Et iam jussa facit; ponuntque ferocia Poeni
 Corda, volente deo. In primis regina quietum
 Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.
 At pius Aeneas, per noctem plurima volvens,
 Ut primum lux alma data est, exire, locosque 310
 Explorare novos: quas vento accesserit oras,
 Qui teneant, nam inculta videt, hominesne feraene,
 Quaerere constituit, sociisque exacta referre.
 Classem in convexo nemorum, sub rupe cavata,
 Arboribus clausam circum atque horrentibus umbris, 315
 Occulit: ipse uno graditur comitatus Achate,
 Bina manu lato crispans hastilia ferro.

Cui mater media sese tulit obvia silva,
 Virginis os habitumque gerens, et virginis arma
 Spartanæ; vel qualis equos Threïssa fatigat 320
 Harpalyce, volucrumque fuga praevertitur Eurum.
 Namque humeris de more habilem suspenderat arcum
 Venatrix, dederatque comam diffundere ventis,
 Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentis.
 Ac prior, Heus, inquit, juvenes! nonstrate, mearum 325
 Vidistis si quam hic errantem forte sororum,
 Succinctam pharetra, et maculosae tegmine lyncis,
 Aut spumantis apri cursum clamore prementem.
 Sic Venus; et Veneris contra sic filius orsus:
 Nulla tuarum audita mihi neque visa sororum, 330
 O, quam te memorem? virgo! namque haud tibi voltus
 Mortalis, nec vox hominem sonat; o, Dea certe!
 An Phoebi soror? an nympharum sanguinis una?
 Sis felix, nostrumque leves, quaecumque, laborem;
 Et, quæ sub coelo tandem, quibus orbis in oris, 335
 Jactemur, doceas: ignari hominumque locorumque
 Erramus, vento huc et vastis fluctibus acti:
 Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.
 Tum Venus: Haud equidem tali me dignor honore:
 Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram, 340
 Purpureoque alte suras vincere cothurno.
 Punica regna vides, Tyrios, et Agenoris urbem:
 Sed fines Libyici, genus intractabile bello.
 Imperium Dido, Tyria, regit, urbe profecta,
 Germanum fugiens. Longa est injuria, longae 345
 Ambages: sed summa sequar fastigia rerum.
 Huic conjunx Sychaeus erat, ditissimus agri
 Phoenicum, et magno miserae dilectus amore:
 Cui pater intactam dederat, primisque jugerat
 Ominibus. Sed regna Tyri germanus habebat 350
 Pygmalion, scelere ante alios immanior omnis,
 Quos inter medius venit Furor. Ille Sychaeum
 Impius ante aras, atque atri caecus amore,
 Clam ferro incautum superat, securus amorum
 Germanæ; factumque diu celavit, et aegram, 355
 Multa malus simulans, vana spe lusit amantem.
 Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
 Conjugis: ora modis attollens pallida miris,

Crudelis aras, trajectaque pectora ferro,
 Nudavit; caecumque domûs scelus omne rexit. 360
 Tum celerare fugam patriaque excedere suadet,
 Auxiliumque viae veteres tellure recludit
 Thesauros, ignotum argenti pondus et auri.
 His commota, fugam Dido sociosque parabat. 365
 Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni,
 Aut metus acer erat: navis, quae forte paratae,
 Corripiunt, onerantque auro. Portantur avari
 Pygmalionis opes pelago: dux femina facti.
 Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes
 Moenia, surgentemque novae Carthaginis arcem; 370
 Mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
 Taurino quantum possent circumdare tergo.
 Sed vos qui tandem, quibus aut venistis ab oris?
 Quove tenetis iter? Quaerenti talibus ille,
 Suspirans, imoque trahens a pectore vocem: 375
 O Dea! si prima reptens ob origine pergam,
 Et vacet annalis nostrorum audire laborum;
 Ante diem clauso componet vesper Olympo.
 Nos Troja antiqua, si vestras forte per auris
 Trojae nomen iit, diversa per aequora vectos, 380
 Forte sua Libycis tempestas appulit oris.
 Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste Penates
 Classe veho mecum, fama super aethera notus.
 Italiam quaero patriam, genus ab Jove summo.
 Bis denis Phrygium conscendi navibus aequor, 385
 Matre dea monstrante viam, data fata secutus:
 Vix septem, convolsae undis Euroque, supersunt.
 Ipse ignotus, egens, Libyae deserta peragro,
 Europa atque Asia pulsus. Nec plura querentem
 Passa Venus medio sic interfata dolore est: 390
 Quisquis es, haud, credo, invisus coelestibus auras
 Vitales carpis, Tyriam qui adveneris urbem.
 Perge modo, atque hinc te reginae ad limina perfer.
 Namque tibi reduces socios, classemque relatan,
 Nuntio, et in tutum versis aquilonibus actam; 395
 Ni frustra augurium vani docuere parentes.
 Adspice bis senos laetantis agmine cycnos,
 Aethera quos lapsa plaga Jovis ales aperto
 Turbabat coelo: nunc terras ordine longo

Aut capere, aut captas jam despectare, videntur. 400
 Ut reduces illi ludunt stridentibus alis,
 Et coetu cinxere polum, cantusque dedere ;
 Haud aliter puppesque tuæ, pubesque tuorum
 Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.
 Perge modo, et, qua te ducit via, dirige gressum. 405
 Dixit, et avertens rosea cervice refulsit,
 Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem
 Spiravere ; pedes vestis defluxit ad imos,
 Et vera incessu patuit dea. Ille, ubi matrem
 Agnovit, tali fugientem est voce secutus : 410
 Quid natum toties, crudelis tu quoque, falsis
 Ludis imaginibus ? cur dextræ jungere dextram
 Non datur, ac veras audire et reddere voces ?
 Talibus incusat, gressumque ad moenia tendit.
 At Venus obscuro gradientis aëre sepsit, 415
 Et multo nebulae circum dea fudit amictu ;
 Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,
 Molirive moram, aut veniendi poscere causas.
 Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit
 Laeta suas : ubi templum illi, centumque Sabæo 420
 Ture calent aræ, sertisque recentibus halant.
 Corripuere viam interea, qua semita monstrat :
 Jamque adscendebant collem, qui plurimus urbi
 Imminet, adversasque adspectat desuper arces.
 Miratur molem Aeneas, magalia quondam : 425
 Miratur portas, strepitumque, et strata viarum.
 Instant ardentes Tyrii : pars ducere muros,
 Molirique arcem, et manibus subvolvere saxa :
 Pars optare locum tecto, et concludere sulco.
 Jura magistratusque legunt, sanctumque senatum. 430
 Hic portus alii effodiunt : hic alta theatri
 Fundamenta locant alii, immanisque columnas
 Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.
 Qualis apes, aestate nova, per florea rura
 Exercet sub sole labor, quum gentis adultos 435
 Educunt fetus, aut quum lægentia mella
 Stipant, et dulci distendant nectare cellas ;
 Aut onera accipiunt venientum, aut, agmine facto,
 Ignavam fucos pecus a præsepibus arcent :
 Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella. 440

O fortunati ! quorum jam moenia surgunt,
 Aeneas ait, et fastigia suspicit urbis.
 Infert se septus nebula, mirabile dictu !
 Per medios, iniscetque viris ; neque cernitur ulli.
 Lucus in urbe fuit media, laetissimus umbrae, 445
 Quo primum, jactati undis et turbine, Poeni
 Effodère loco signum, quod regia Juno
 Monstrârat, caput acris equi ; sic nam fore bello
 Egregiam, et facilem victu per saecula, gentem.
 Hic templum Junoni ingens Sidonia Dido 450
 Condebat, donis opulentum et numine divae :
 Aerea cui gradibus surgebant limina, nexaeque
 Aere trabes ; foribus cardo stridebat aënis.
 Hoc primum in luco nova res oblata timorem
 Leniit : hic primum Aeneas sperare salutem 455
 Ausus, et afflictis melius confidere rebus.
 Namque, sub ingenti lustrat dum singula templo,
 Reginam opperiens, dum, quae fortuna sit urbi,
 Artificumque manus inter se, operumque laborem,
 Miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas, 460
 Bellaque, jam fama totum volgata per orbem,
 Atridas, Priamumque, et saevum ambobus Achillem.
 Constitit ; et, lacrimans, Quis jam locus, inquit, Achate,
 Quae regio in terris nostri non plena laboris ?
 En Priamus ! Sunt hic etiam sua praemia laudi : 465
 Sunt lacrimae rerum ; et mentem mortalia tangunt.
 Solve metus ; feret haec aliquam tibi fama salutem.
 Sic ait, atque animum pictura pascit inani,
 Multa gemens, largoque humectat flumine voltum.
 Namque videbat, uti bellantes Pergama circum 470
 Hac fugerent Graii, premeret Trojana juvenus :
 Hac Phryges ; instaret curru cristatus Achilles.
 Nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis
 Agnoscit lacrimans ; primo quae prodita somno
 Tydides multa vastabat caede cruentus ; 475
 Ardentisque avertit equos in castra, prius quam
 Pabula gustâssent Trojae, Xanthumque bibissent.
 Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
 Infelix puer, atque impar congressus Achilli,
 Fertur equis, curruque haeret resupinus inani, 480
 Lora tenens tamen : huic cervixque comaeque trahuntur

Per terram, et versa pulvis inscribitur hasta.
 Interea ad templum non aequae Palladis ibant
 Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant,
 Suppliciter tristes, et tunsae pectora palmis : 485
 Diva solo fixos oculos aversa tenebat.
 Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros,
 Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.
 Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo,
 Ut spolia, ut currus, utque ipsum corpus amici, 490
 Tendentemque manus Priamum conspexit inermis.
 Se quoque principibus permixtum agnovit Achivis,
 Eoasque acies, et nigri Memnonis arma.
 Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
 Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet, 495
 Aurea subnectens exsertae cingula mammae,
 Bellatrix; audetque viris concurrere virgo.
 Haec dum Dardanio Aeneae miranda videntur,
 Dum stupet, obtutuque haeret defixus in uno ;
 Regina ad templum, formâ pulcherrima, Dido 500
 Incessit, magna juvenum stipante caterva.
 Qualis in Eurotae ripis, aut per juga Cynthi,
 Exercet Diana choros ; quam mille secutae
 Hinc atque hinc glomerantur Oreades : illa pharetram
 Fert humero, gradiensque deas supereminet omnis ; 505
 Latonae tacitum pertentant gaudia pectus :
 Talis erat Dido, talem se laeta ferebat
 Per medios, instans operi regnisque futuris.
 Tum foribus divae, media testudine templi,
 Septa armis, solioque alte subnixa, resedit. 510
 Jura dabat legesque viris : operumque laborem
 Partibus aequabat justis, aut sorte trahebat :
 Quum subito Aeneas concursu accedere magno
 Anthea Sergestumque videt, fortemque Cloanthum,
 Teucrorumque alios ; ater quos aequore turbo 515
 Dispulerat, penitusque alias avexerat oras.
 Obstupuit simul ipse, simul percussus Achates
 Laetitiaque metuque : avidi conjungere dextras
 Ardebant ; sed res animos incognita turbat.
 Dissimulant ; et nube cava speculantur amicti, 520
 Quae fortuna viris ; classem quo littore linquant ;
 Quid veniant : cunctis nam lecti navibus ibant,

Orantes veniam, et templum clamore petebant.
 Postquam introgressi, et coram data copia fandi,
 Maximus Ilioneus placido sic pectore coepit :
 O Regina ! novam cui condere Jupiter urbem, 525
 Justitiaque dedit gentis frenare superbas,
 Troës te miseri, ventis maria omnia vecti,
 Oramus : prohibe infandos a navibus ignis ;
 Parce pio generi, et propius res adspice nostras. 530
 Non nos aut ferro Libycos populare Penates
 Venimus, aut raptas ad littora vertere praedas :
 Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.
 Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt,
 Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebae : 535
 Oenotri coluere viri : nunc fama, minores
 Italiam dixisse ducis de nomine gentem.
 Huc cursus fuit :
 Quum, subito assurgens fluctu, nimbosus Orion 540
 In vada caeca tulit, penitusque procacibus austris
 Perque undas, superante salo, perque invia saxa,
 Dispulit : huc pauci vestris adnavimus oris. [morem
 Quod genus hoc hominum, quaeve hunc tam barbara
 Permittit patria ? hospitio prohibemur arenae : 545
 Bella cient. primaque vetant consistere terra,
 Si genus humanum et mortalia temnitis arma,
 At sperate deos memores fandi atque nefandi.
 Rex erat Aeneas nobis, quo justior alter
 Nec pietate fuit, nec bello major, et armis : 550
 Quem si fata virum servant, si vescitur aura
 Aetheria, neque adhuc crudelibus occubat umbris ;
 Non metus, officio ne te certasse priorem
 Poeniteat. Sunt et Siculis regionibus urbes,
 Arvaque, Trojanoque a sanguine clarus Acestes.
 Quassatam ventis liceat subducere classem, 555
 Et silvis aptare trabes, et stringere remos ;
 Si datur Italiam, sociis, et rege recepto,
 Tendere, ut Italiam laeti Latiumque petamus :
 Sin absumta salus, et te, pater optime Teucerum,
 Pontus habet Libyae, nec spes jam restat Iuli ; 560
 At freta Sicaniae saltem, sedesque paratas,
 Unde huc advecti, regemque petamus Acesten.
 Talibus Ilioneus : cunctis simul ore fremebant

Dardanidae.

Tum breviter Dido, voltum demissa, profatur : 565

Solvite corde metum, Teucri ; secludite curas.

Res dura et regni novitas me talia cogunt

Moliri, et late finis custode tueri.

Quis genus Aeneadam, quis Trojae nesciat urbem,

Virtutesque, virosque, aut tanti incendia belli ? 570

Non obtusa adeo gestamus pectora Poeni ;

Nec tam aversus equos Tyria Sol jungit ab urbe.

Seu vos Hesperiam magnam Saturniaque arva,

Sive Erycis finis regemque optatis Aecsten ;

Auxilio tutos dimittam, opibusque juvabo. 575

Vultis et his mecum pariter considerare regnis ?

Urbem quam statuo, vestra est ; subducite naves ;

Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.

Atque utinam rex ipse, Noto compulsus eodem,

Adforet Aeneas ! equidem per littora certos 580

Dimittam, et Libyae lustrare extrema jubebo ;

Si quibus ejectus silvis aut urbibus errat.

His animum arrecti dictis, et fortis Achates

Et Pater Aeneas jamdudum erumpere nubem

Ardebant. Prior Aeneam compellat Achates : 585

Nate dea, quae nunc animo sententia surgit ?

Omnia tuta vides ; classem, sociosque receptos.

Unus abest, medio in fluctu quem vidimus ipsi

Submersum : dictis respondent cetera matris.

Vix ea fatus erat, quum circumfusa repente 590

Scindit se nubes, et in aethera purgat apertum.

Restitit Aeneas, claraque in luce refulsit,

Os humerosque deo similis ; namque ipsa decoram

Caesariem nato genetrix, lumenque juventae

Purpureum, et laetos oculis adflarat honores : 595

Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo

Argentum, Pariusve lapis, circumdatur auro.

Tum sic reginam alloquitur, cunctisque repente

Improvisus ait : Coram, quem quaeritis, adsum,

Troïus Aeneas, Libycis ereptus ab undis. 600

O sola infandos Trojae miserata labores !

Quae nos, reliquias Danaûm, terraeque marisque

Omnibus exhaustos jam casibus, omnium egenos,

Urbe, domo, socias ; grates persolvere dignas

Non opis est nostrae, Dido, nec quidquid ubique est 605
 Gentis Dardaniae, magnum quae sparsa per orbem.
 Di tibi, si qua pios respectant numina, si quid
 Usquam justitia est, et mens sibi conscia recti,
 Praemia digna ferant. Quae te tam laeta tulerunt
 Saecula ? qui tanti talem genuere parentes ? 610
 In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae
 Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet,
 Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt ;
 Quae me cumque vocant terrae. Sic fatus, amicum
 Ilionæa petit dextra, laevaue Serestum ; 615
 Post, alios, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.
 Obstupuit primò ad aspectu Sidonia Dido,
 Casu deinde viri tanto ; et sic ore locuta est :
 Quis te, nate dea, per tanta pericula casus
 Insequitur ? quae vis immanibus applicat oris ? 620
 Tune ille Aeneas quem Dardanio Anchisae
 Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam ?
 Atque equidem Teucrum memini Sidona venire,
 Finibus expulsum patriis, nova regna petentem
 Auxilio Beli : Genitor tum Belus opinam 625
 Vastabat Cyprum, et victor ditione tenebat.
 Tempore jam ex illo casus mihi cognitus urbis
 Trojanae, nomenque tuum, regesque Pelasgi.
 Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat,
 Seque ortum antiqua Teucrorum ab stirpe volebat. 630
 Quare agite, o, tectis, juvenes ! succedite nostris.
 Me quoque per multos similis fortuna labores
 Jaotatam hao demum voluit consistere terra.
 Non ignara mali miseris succurrere disco.
 Sic memorat : simul Aenean in regia ducit 635
 Tecta ; simul divom templis indicit honorem.
 Neo minus interea sociis ad littora mittit
 Viginti tauros, magnorum horrentia centum
 Terga suum, pinguis centum cum matribus agnos,
 Munera laetitiamque dii. 640
 At domus interior regali splendida luxu
 Instruitur, mediisque parant convivia tectis.
 Arte laboratae vestes, ostroque superbo :
 Ingens argentum mensis, caelataque in auro
 Fortia facta patrum, series longissima rerum, 645

Per tot ducta viros antiqua ab origine gentis.
 Aeneas, neque enim patrius consistere mentem
 Passus amor, rapidum ad navis praemittit Achaten,
 Ascanio ferat haec; ipsumque ad moenia ducat:
 Omnis in Ascanio cari stat cura parentis. 650
 Munera praeterea, Iliacis erepta ruinis,
 Ferre jubet; pallam signis auroque rigentem,
 Et circumtextum croceo velamen acantho,
 Ornatus Argivae Helenae, quos illa Mycenis,
 Pergama quum peteret inconcessosque Hymenaeos, 655
 Extulerat, matris Ladae mirabile donum.
 Praeterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim,
 Maxima natarum Priami, colloque monile
 Baccatum, et duplicem gemmis auroque coronam.
 Haec celerans, iter ad navis tendebat Achates. 660
 At Cythera novas artis, nova pectore versat
 Consilia: ut, faciem mutatus et ora, Cupido
 Pro dulci Ascanio veniat, donisque furentem
 Incendat reginam, atque ossibus implicet ignem:
 Quippe domum timet ambiguum Tyriosque bilinguis; 665
 Urit atrox Juno, et sub noctem cura recurSAT.
 Ergo his aligerum dictis affatur Amorem:
 Nate, meae vires, mea magna potentia; solus,
 Nate, patris summi qui tela Typhoia temnis;
 Ad te confugio, et supplex tua numina posco. 670
 Frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum
 Littora jactetur, odiis Junonis iniquae,
 Nota tibi: et nostro doluisti saepe dolore.
 Hunc Phoenissa tenet Dido, blandisque moratur
 Vocibus: et vereor, quo se Junonia vertant 675
 Hospitia: haud tanto cessabit cardine rerum.
 Quocirca capere ante dolis, et cingere flamma,
 Reginam meditor; ne quo se numine mutet,
 Sed magno Aeneae mecum teneatur amore.
 Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem. 680
 Regius, accitu cari genitoris, ad urbem
 Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,
 Dona ferens, pelago et flammis restantia Trojae.
 Hunc ego sopitum somno, super alta Cythera,
 Aut super Idalium, sacrata sede recondam, 685
 Ne qua scire dolos, mediusve occurrere possit:

Tu faciem illius, noctem non amplius unam,
 Falle dolo, et notos pueri puer indue vultus ;
 Ut, quum te gremio accipiet laetissima Dido,
 Regalis inter mensas laticemque Lyaeum, 690
 Quum dabit amplexus, atque oscula dulcia figet,
 Occultum inspires ignem, fallasque veneno.
 Paret Amor dictis carae genetricis, et alas
 Exuit, et gressu gaudens incedit Iuli.
 At Venus Ascanio placidam per membra quietem 695
 Irrigat, et, fotum gremio, dea tollit in altos
 Idaliae lucos ; ubi mollis amaraeus illum
 Floribus et dulci adspirans complectitur umbra.
 Jamque ibat, dicto parens, et dona Cupido
 Regia portabat Tyriis, duce laetus Achate. 700
 Quum venit, aulacis jam se regina superbis
 Aurea composuit sponda, mediamque locavit.
 Jam pater Aeneas, et jam Trojana juvenus
 Conveniunt, stratoque super discumbitur ostro.
 Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris 705
 Expediunt, tonsisque ferunt mantelia villis.
 Quinquaginta intus famulae, quibus ordine longo
 Cura penum struere, et flammis adolere Penates :
 Centum aliae, totidemque pares aetate ministri,
 Qui dapibus mensas onerant, et pocula ponunt. 710
 Nec non et Tyrii per limina laeta frequentes
 Convenere, toris jussi discumbere pictis.
 Mirantur dona Aeneae : mirantur Iulum,
 Flagrantesque dei voltus, simulataque verba,
 Pallamque, et pictum croceo velamen acantho. 715
 Praecipue infelix, pesti devota futurae,
 Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo,
 Phoenissa, et pariter puero donisque movetur.
 Ille, ubi complexu Aeneae colloque pependit,
 Et magnum falsi implevit genitoris amorem, 720
 Reginam petit : haec oculis, haec pectore toto
 Haeret ; et interdum gremio fovet, inscia, Dido,
 Insidat quantus miserae deus. At memor ille
 Matris Acidaliae, paullatim abolere Sychaeum
 Incipit, et vivo tentat praevertere amore 725
 Jam pridem resides animos, desuetaque corda.
 Postquam prima quies epulis, mensaeque remotae ;

Crateras magnos statuunt, et vina coronant.
 Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant
 Atria : dependent lychni laquearibus aureis 730
 Incensi, et noctem flammis funalia vincunt.
 Illic regina gravem gemmis auroque poposcit
 Implevitque mero pateram, quam Belus et omnes
 A Belo soliti. Tum facta silentia tectis.
 Jupiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur, 735
 Hunc laetum Tyriisque diem, Trojaque profectis,
 Esse velis, nostrosque hujus meminisse minores.
 Adsit laetitiae Bacchus dator, et bona Juno :
 Et vos, o, coetum, Tyrii ! celebrate faventes.
 Dixit, et in mensam laticum libavit honorem, 740
 Primaque, libato, summo tenuis attigit ore.
 Tum Bitiae dedit increpitans. Ille impiger hausit
 Spumantem pateram, et pleno se proluit auro :
 Post alii proceres. Cithara crinitus Iopas
 Personat aurata, docuit quae maximus Atlas. 745
 Hic canit errantem lunam, solisque labores ;
 Unde hominum genus, et pecudes ; unde imber, et ignes ;
 Areturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones ;
 Quid tantum Oceano properent se tinguere soles
 Hiberni, vel quae tardis mora noctibus obstet. 750
 Ingeminant plausu Tyrii, Troësque sequuntur.
 Nec non et vario noctem sermone trahebat
 Infelix Dido, longumque bibebat anorem,
 Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa ;
 Nunc, quibus Aurorae venisset filius armis ; 755
 Nunc, quales Diomedis equi ; nunc, quantus Achilles.
 Immo age, et a prima die, hospes, origine nobis
 Insidias, inquit, Danaûm, casusque tuorum,
 Erroresque tuos : nam te jam septima portat
 Omnibus errantem terris et fluctibus aestas.

690

ret,

tem 695

a.

700

o.
nistris 705ngo
tes :i,
t. 710

715

720

lo,

725

notae ;

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS

LIBER II.

CONTIGUERE omnes, intentique ora tenebant.
Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto :
Infandum, Regina, jubes renovare dolorem,
Trojanas ut opes et lamentabile regnum
Eruerint Danaï : quaeque ipse miserrima vidi, 5
Et quorum pars magna fui. Quis, talia fando,
Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulixi,
Temperet a lacrimis ? et jam nox humida coelo
Praecipitat, suadentque cadentia sidera somnos :
Sed, si tantus amor casus cognoscere nostros, 10
Et breviter Trojae supremum audire laborem ;
Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit,
Incipiam. Fracti bello, fatisque repulsi,
Ductores Danaûm, tot jam labentibus annis,
Instar montis equum, divina Palladis arte, 15
Aedificant, sectaque intexunt abiete costas.
Votum pro reditu simulant : ea fama vagatur.
Huc, delecta virûm sortiti corpora, furtim
Includunt caeco lateri, penitusque cavernas
Ingentis uterumque armato milite complent. 20
Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Insula, dives opum, Priami dum regna manebant ;
Nunc tantum sinus, et statio male fida carinis :
Huc se provecti deserto in littore condunt.
Nos abiisse rati, et vento petiisse Mycenas. 25
Ergo omnis longo solvit se Teucria luctu :
Panduntur portae : juvat ire, et Dorica castra
Desertosque videre locos, littusque relictum.
Hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles :
Classibus hic locus : hic acie certare solebant. 30
Pars stupet innuptae donum exitiale Minervae,

Et molem mirantur equi ; primusque Thymoetes
 Duci intra muros hortatur, et arce locari,
 Sive dolo, seu jam Trojae sic fata ferebant :
 At Capys, et quorum melior sententia menti, 35
 Aut pelago Danaûm insidias, suspectaque dona,
 Praecipitare jubent, subjectisque urere flammis ;
 Aut terebrare cavas uteri et tentare latebras.
 Scinditur incertum studia in contraria volgus.
 Primus ibi ante omnis, magna comitante caterva, 40
 Laocoon ardens summa decurrit ab arce ;
 Et procul : O miseri ! quae tanta insania, cives ?
 Creditis auctos hostis ? aut ulla putatis
 Dona carere dolis Danaûm ? sic notus Ulixes ?
 Aut, hoc inclusi ligno, occultantur Achivi, 45
 Aut haec in nostros fabricata est machina muros,
 Inspectura domos, venturaque desuper urbi ;
 Aut aliquis latet error : equo ne credite, Teucrici.
 Quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentis.
 Sic fatus, validis ingentem viribus hastam 50
 In latus, inque feri curvam compagibus alvum,
 Contorsit. Stetit illa tremens, uteroque recusso
 Insonuere cavae gemitumque dedere cavernae.
 Et, si fata deûm, si mens non laeva fuisset,
 Impulerat ferro Argolicas foedare latebras ; 55
 Trojaque nunc stares, Priamique arx alta maneres.
 Ecce ! manus juvenem interea post terga revinctum
 Pastores magno ad regem clamore trahebant
 Dardanidae ; qui se ignotum venientibus ultro,
 Hoc ipsum ut strueret, Trojamque aperiret Achivis, 60
 Obtulerat, fidens animi, atque in utrumque paratus,
 Seu versare dolos, seu certae occumbere morti.
 Undique, visendi studio, Trojana juvenus
 Circumfusa ruit, certantque illudere capto.
 Accipe nunc Danaûm insidias, et crimine ab uno 65
 Discite omnis.
 Namque, ut conspectu in medio turbatus, inermis,
 Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit ;
 Heu ! quae nunc tellus, inquit, quae me aequora possunt
 Accipere ? aut quid jam misero mihi denique restat ? 70
 Cui neque apud Danaos usquam locus ; et super ipsi
 Dardanidae infensi poenas eum sanguine poscunt.

Quo gemitu conversi animi, compressus et omnis
 Impetus. Hortamur fari, quo sanguine cretus,
 Quidve ferat; memoret, quae sit fiducia capto. 75
 Ille haec, deposita tandem formidina, fatur.
 Cuncta equidem tibi, Rex, fuerit quodcumque, fatebor
 Vera, inquit: neque me Argolica de gente negabo.
 Hoc primum; nec, si miserum Fortuna Sinonem
 Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget. 80
 Fando aliquod si forte tuas pervenit ad auras
 Belidae nomen Palamedis, et incluta fama
 Gloria; quem falsa sub prodicione Pelasgi
 Insontem, infando indicio, quia bella vetabat,
 Demisere neci; nunc cassum lumine lugent: 85
 Illi me comitem, et consanguinitate propinquum,
 Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
 Dum stabat regno incolumis, regumque vigeat
 Conciliis; et nos aliquod nomenque decusque
 Gessimus: invidia postquam pellacis Ulixi 90
 (Haud ignota loquor) superis concessit ab oris;
 Afflictus vitam in tenebris luctuque trahebam,
 Et casum insontis mecum indignabar amici.
 Nec tacui, demens: et me, fors si qua tulisset,
 Si patrios umquam remeassem victor ad Argos, 95
 Promisi ultorem: et verbis odia aspera movi.
 Hinc mihi prima mali labes: hinc semper Ulixes
 Criminibus terre novis; hinc spargere voces
 In vulgum ambiguas, et quaerere conscius arma,
 Nec requievit enim, donec, Calchante ministro,— 100
 Sed quid ego haec autem, nequidquam ingrata revolve?
 Quidve moror? si omnis uno ordine habetis Achivos,
 Idque audire sat est; jamdudum sumite poenas.
 Hoc Ithacus velit, et magno mercentur Atridae.
 Tum vero ardemus scitari et quaerere causas, 105
 Ignari scelerum tantorum, artisque Pelasgae.
 Prosequitur pavitans, et ficto pectore fatur.
 Saepe fugam Danaï Troja cupiere relicta
 Moliri, et longo fessi discedere bello: 110
 Fecissentque utinam! saepe illos aspera ponti
 Interclusit hiems, et terruit Auster euntis.
 Praecipue, quum jam hic, trabibus contextus acernis,
 Staret equus, toto sonuerunt aethere nimbi.

Suspensi, Eurypylum scitatum oracula Phoebi
 Mittimus, isque adytis haec tristia dicta repercat: 115
 Sanguine placastis ventos, et virgine caesa,
 Quum primum Iliacas, Danaï, venistis ad oras :
 Sanguine quaerendi reditus, animaque litandum
 Argolica. Volgi quae vox ut venit ad auris,
 Obstupuere animis, gelidusque per ima cucurrit 120
 Ossa tremor; cui fata parent, quem poscat Apollo.
 Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
 Protrahit in medios: quae sint ea numina divom,
 Flagitat. Et mihi jam multi crudele canebant
 Artificis scelus, et taciti ventura videbant. 125
 Bis quinos silet ille dies, tectusque recusat
 Prodere voce sua quemquam, aut opponere morti.
 Vix tandem, magnis Ithaci clamoribus actus,
 Composito rumpit vocem, et me destinat arae.
 Adsensere omnes; et, quae sibi quisque timebat, 130
 Unius in miseri exitium conversa tulere.
 Jamque dies infanda aderat; mihi sacra parari,
 Et salsae fruges, et circum tempora vittae.
 Eripui, fateor, leto me, et vincula rupi;
 Limosoque lacu per noctem obscurus in ulva 135
 Delitui, dum vela, darent si forte, dedissent.
 Nec mihi jam patriam antiquam spes ulla vendendi,
 Nec dulcis natos, exoptatumque parentem;
 Quos illi fors ad poenas ob nostra reposcent
 Effugia, et culpam hanc miserorum morte piabunt. 140
 Quod te, per superos, et conscia numina veri,
 Per, si qua est quae restet adhuc mortalibus usquam
 Intemerata fides, oro, miserere laborum
 Tantorum; miserere animi non digna ferentis.
 His lacrimis vitam damus, et miserescimus ultro. 145
 Ipse viro primus manicas atque arta levare
 Vincula jubet Priamus; dictisque ita fatur amicis:
 Quisquis es, amissos hinc jam obliviscere Graios;
 Noster eris: mihi quae haec edisserere vera roganti.
 Quo molem hunc inhumanis equi statuere? quis auctor? 150
 Quidve petunt? quae religio? aut quae machina belli?
 Dixerat. Ille, dolis instructus, et arte Pelasga,
 Sustulit, exutas vinculis, ad sidera palmas:
 Vos, aeterni ignes, et non violabile vestrum

- Testor numen, ait ; vos, arae, ensesque nefandi, 155
 Quos fugi, vittaeque deum, quas hostia gessi :
 Fas mihi Graiorum sacra^{ta} resolvere jura ;
 Fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras,
 Si qua tegunt ; teneor patriae nec legibus ullis.
 Tu modo promissis maneas, servataque serves, 160
 Troja, fidem ; si vera feram, si magna rependam.
 Omnis spes Danaum, et coepti fiducia belli
 Palladis auxiliis semper stetit. Impius ex quo
 Tydides sed enim, scelerumque inventor, Ulixes,
 Fatale aggressi sacra^{to} avellere templo 165
 Palladium, caesis summae custodibus arcis,
 Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis
 Virgineas ausi divae contingere vittas ;
 Ex illo fluere ac retro sublapsa referri
 Spes Danaum, fractae vires, aversa deae mens. 170
 Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.
 Vix positum castris simulacrum : arsere coruscae
 Luminibus flammae arrectis, salsusque per artus
 Sudor iit ; terque ipsa solo, mirabile dictu !
 Emicuit, parmamque ferens, hastamque trementem. 175
 Extemplo tentanda fuga canit aequora Calchas ;
 Nec posse Argolicis excindi Pergama telis,
 Omina ni repetant Argis, numenque reducant,
 Quod pelago et curvis secum avexere carinis.
 Et nunc, quod patrias vento petiere Mycenae, 180
 Arma deosque parant comites, pelagoque remenso
 Improvisi aderunt : ita digerit omina Calchas.
 Hanc pro Palladio, moniti, pro numine laeso,
 Effigiem statuere ; nefas quae triste piaret.
 Hanc tamen immensam Calchas attollere molem 185
 Roboribus textis, coeloque educere, jussit ;
 Ne recipi portis, aut duci in moenia, possit,
 Neu populum antiqua sub religione tueri.
 Nam, si vestra manus violasset dona Minervae,
 Tum magnum exitium, quod di prius omen in ipsum 190
 Convertant ! Priami imperio Phrygibusque futurum :
 Sin manibus vestris vestram adscendisset in urbem,
 Ultra Asiam magno Pelopea ad moenia bello
 Venturam, et nostros ea fata manere nepotes.
 Talibus insidiis perjuriq^{ue} arte Sinon^{is} 195

ndi, 155
 i :
 s,
 lis. 160
 s,
 dam.
 i
 uo
 xes,
 165
 ntis
 . 170
 scae
 tus
 ntem. 175
 s ;
 ,
 180
 enso
 em 185
 ,
 sum 190
 urum :
 bem,
 195

Credita res ; captique dolis, lacrimisque coactis,
 Quos neque Tydides, nec Larissaeus Achilles,
 Non anni domuere decem, non mille carinae.
 Hic aliud majus miseris multoque tremendum
 Objicitur magis, atque improvida pectora turbat. 200
 Laocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos,
 Sollemnis taurum ingentem maectabat ad aras.
 Ecce ! autem gemini a Tenedo, tranquilla per alta,
 (Horresco referens) immensis orbibus angues
 Incumbunt pelago, pariterque ad littora tendunt : 205
 Pectora quorum inter fluctus arrecta jubaeque
 Sanguineae exsuperant undas ; pars cetera pontum
 Pone legit, sinuantque immensa volumine terga.
 Fit sonitus, spumante salo : jamque arva tenebant,
 Ardentisque oculos suffecti sanguine et igni, 210
 Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
 Diffugimus visu exsanguis. Illi agmine certo
 Laocoonta petunt ; et primum parva duorum
 Corpora natorum serpens amplexus uterque
 Implicat, et miseros morsu depascitur artus : 215
 Post, ipsum, auxilio subeuntem ac tela ferentem,
 Corripiunt, spirisque ligant ingentibus ; et jam,
 Bis medium amplexi, bis collo squamea circum
 Terga dati, superant capite, et cervicibus altis
 Ille simul manibus tendit divellere nodos, 220
 Perfusus sanie vittas, atroque veneno ;
 Clamores simul horrendos ad sidera tollit :
 Qualis mugitus, fugit quum saucius aram
 Taurus, et incertam excussit cervice securim.
 At gemini lapsu delubra ad summa dracones 225
 Effugiunt, saevaeque petunt Tritonidis arcem ;
 Sub pedibusque deae, elipeique sub orbe, teguntur.
 Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis
 Insinuat pavor ; et scelus expendisse merentem
 Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspidem robor 230
 Laeserit, et tergo sceleratam intorserit hastam.
 Ducendum ad sedes simulacrum, orandaque divae
 Numina, conclamant.
 Dividimus muros, et moenia pandimus urbis.
 Accingunt omnes operi, pedibusque rotarum 235
 Subjiciunt lapsus, et stuppea vincula collo

Intendunt. Scandit fatalis machina muros,
 Feta armis. Pueri circum, innuptaeque puellae,
 Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.
 Illa subit, mediaeque minans illabitur urbi. 240
 O patria! o, divum domus, Ilium! et, incluta bello,
 Moenia Dardanidum! quater ipso in limine portae
 Substitit, atque utero sonitum quater arma dedere.
 Iustamus tamen, immemores, caecique furore,
 Et monstrum infelix sacrata sistimus arce. 245
 Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
 Ora, dei jussu non unquam credita Teucris.
 Nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset
 Ille dies, festa velamus fronde per urbem.
 Vertitur interea coelum, et ruit oceano Nox, 250
 Involvens umbra magna terramque polumque,
 Myrmidonumque dolos: fusi per moenia, Teucris
 Conticuerunt: sopor fessos complectitur artus.
 Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat
 A Tenedo, tacitae per amica silentia lunae, 255
 Littora nota petens, flammam quum regia puppis
 Extulerat; fatisque deum defensus iniquis,
 Inclusos utero Danaos et pinea furtim
 Laxat claustra Sinon: illos, patefactus, ad auras
 Reddit equus, laetique cavo se robore promunt 260
 Thessandrus Sthenelusque, duces, et dirus Ulixes,
 Demissum lapsi per funem, Acamasque, Thoasque,
 Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon,
 Et Menelaus, et ipse doli fabricator, Epeos. 265
 Invadunt urbem somno vinoque sepultam:
 Caeduntur vigiles, portisque patentibus omnes
 Accipiunt socios, atque agmina conscia jungunt.
 Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
 Incipit, et dono divum gratissima serpit. 270
 In somnis, ecce! ante oculos moestissimus Hector
 Visus adesse mihi, largosque effundere fletus;
 Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
 Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentis.
 Hei mihi! qualis erat! quantum mutatus ab illo
 Hectore, qui redit exuvias indutus Achilli, 275
 Vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignis!
 Squalentem barbam, et concretos sanguine crinis,

Volneraque illa, gerens, quae circum plurima muros
 Accepit patrios. Ultra flens ipse videbar
 Compellare virum, et moestas expromere voces : 280
 O lux Dardaniae ! spes o fidissima Teucrum !
 Quae tantae tenuere morae ! quibus Hector ab oris
 Exspectate venis ? ut te, post multa tuorum
 Funera, post varios hominumque urbisque labores,
 Defessi adspicimus ! quae caussa indigna serenae 285
 Foedavit voltus ? aut cur haec volnera cerno ?
 Ille nihil ; nec me quaerentem vana moratur :
 Sed, graviter gemitus imo de pectore ducens,
 Heu ! fuge, nate dea, teque his, ait, eripe flammis.
 Hostis habet muros : ruit alto a culmine Troja. 290
 Sat patriae Priamoque datum. Si Pergama dextra
 Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.
 Sacra suosque tibi commendat Troja Penates :
 Hos cape fatorum comites : his moenia quaere,
 Magna pererrato statues quae denique ponto. 295
 Sic ait ; et manibus vittas, Vestamque potentem,
 Aeternumque adytis effert penetralibus ignem.
 Diverso interea miscentur moenia luctu ;
 Et magis atque magis, quamquam secreta parentis
 Anchisae domus arboribusque oblecta recessit, 300
 Claescent sonitus, armorumque ingruit horror.
 Excitior somno, et summi fastigia tecti
 Adscensu supero, atque arrectis auribus adsto :
 In segetem, veluti, quum flamma, furentibus austris,
 Incidit, aut rapidus montano flumine torrens 305
 Sternit agros, sternit sata laeta, boumque labores,
 Praecipitesque trahit silvas ; stupet inscius, alto
 Accipiens sonitum saxi de vertice, pastor.
 Tum vero manifesta fides, Danaumque patescunt
 Insidiae. Jam Deiphobi dedit ampla ruinam, 310
 Volcano superante, domus : jam proximus ardet
 Ucalegon : Sigea igni freta lata relucent.
 Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum.
 Arna amens capio ; nec sat rationis in armis.
 Sed glomerare manum bello, et concurrere in arces 315
 Cum sociis, ardent animi : furor iraque mentem
 Praecipitant ; pulchrumque mori succurrit in armis.
 Ecce ! autem telis Panthus elapsus Achivom,

Panthus Othryades, arcis Phoebique sacerdos,
 Sacra manu, victosque deos, parvumque nepotem 320
 Ipse trahit, cursuque amens ad limina tendit.
 Quo res summa loco, Panthu ? quam prendimus arcem ?
 Vix ea fatus eram, gemitu quum talia reddit :
 Venit summa dies et ineluotabile tempus
 Dardaniae. Fuius Troës : fuit Ilium, et ingens 325
 Gloria Teucrorum. Ferus omnia Jupiter Argos
 Transtulit : incensa Danaï dominantur in urbe.
 Arduus armatos mediis in moenibus adstans
 Fundit equus, victorque Sinon incendia miscet,
 Insultans. Portis alii bipatentibus adsunt, 330
 Millia quot magnis umquam venero Mycenis.
 Obsedere alii telis angusta viarum,
 Oppositi : stat ferri acies mucrone corusco
 Stricta, parata neci : vix primi proelia tentant
 Portarum vigiles, et caeco Marte resistunt. 335
 Talibus Othryadae dictis, et numine divom,
 In flammis et in arma feror, quo tristis Erinny,
 Quo fremitus vocat, et sublatus ad aethera clamor.
 Addunt se socios Rhipheus, et, maximus armis,
 Epytus, oblatis per lunam, Hypanisque Dymasque, 340
 Et lateri agglomerant nostro ; juvenisque Coroebus,
 Mygdonides. Illis ad Trojam forte diebus
 Venerat, insano Cassandrae incensus amore ;
 Et gener auxilium Priamo, Phrygibusque, ferebat :
 Infelix ! qui non sponsae praecepta furentis 345
 Audierit.
 Quos ubi confertos audere in proelia vidi ;
 Incipio super his : Juvenes, fortissima frustra
 Pectora, si vobis audentem extrema cupido
 Certa sequi, (quae sit rebus fortuna videtis : 350
 Excessero omnes adytis arisque relictis
 Di, quibus imperium hoc steterat : succurritis urbi
 Incensae) moriamur, et in media arma ruamus.
 Una salus victis nullam sperare salutem.
 Sic animis juvenum furor additus. Inde, lupi ceu 355
 Raptores atra in nebula, quos improba ventris
 Exegit caecos rabies, catulique relioti
 Faucibus expectant siccis ; per tela, per hostis,
 Vadimus haud dubiam in mortem, mediaeque tenemus

Urbis iter : Nox atra cava circumvolat umbra. 360
 Quis cladem illius noctis, quis funera fando
 Explicet, aut possit lacrimis aequare labores ?
 Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos ;
 Plurima perque vias sternuntur inertia passim
 Corpora, perque domos, et religiosa deorum 365
 Limina. Nec soli poenas dant sanguine Teucri :
 Quondam etiam victis redit in praeordia virtus,
 Victoresque cadunt Danaï. Crudelis ubique
 Luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago.
 Primus se, Danaûm magna comitante caterva, 370
 Androgeus offert nobis, socia agmina credens,
 Inscius ; atque ultro verbis compellat amicis ;
 Festinate, viri, nam quae tam sera moratur
 Segnities ? alii rapiunt incensa feruntque
 Pergama : vos celsis nunc primum a navibus itis ? 375
 Dixit : et extemplo (neque enim responsa dabantur
 Fida satis) sensit medios delapsus in hostis.
 Obstupuit, retroque pedem cum voce repressit.
 Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
 Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit 380
 Attolentem iras, et caerulea colla tumentem ;
 Haud secus Androgeus visu tremefactus abibat :
 Irruimus, densis et circumfundimur armis ;
 Ignarosque loci passim, et formidine captos,
 Sternimus. Adspirat primo fortuna labori. 385
 Atque hic, successu exsultans animisque, Coroebus :
 O socii ! qua prima, inquit, fortuna salutis
 Monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur.
 Mutemus clipeos, Danaûmque insignia nobis
 Aptemus : dolus, an virtus, quis in hoste requirat ? 390
 Arma dabunt ipsi. Sic fatus, deinde comantem
 Androgei galeam, elipeique insigne decorum,
 Induitur, laterique Argivum accommodat ensem.
 Hoc Rhipeus, hoc ipse Dymas, omnisque juvenat
 Laeta facit : spoliis se quisque recentibus armat. 395
 Vadimus immixti Danaï haud numine nostro,
 Multaque per caecam congressi proelia noctem
 Conserimus ; multos Danaûm demittimus Orco.
 Diffugiunt alii ad navis, et littora cursum
 Fida petunt : pars ingentem formidine turpi 400

Scandunt rursus equum, et nota conduntur in alvo
 Heu ! nihil invitis fas quemquam fidere divis.
 Ecce ! trahebatur passis Priameia virgo
 Crinibus a templo, Cassandra, adytisque Minervae,
 Ad coelum tendens ardentia lumina frustra : 405
 Lumina ; nam teneras arcebant vincula palmas
 Non tulit hanc speciem furiosa mente Coroebus,
 Et sese medium injecit periturus in agmen.
 Consequimur cuncti, et densis incurrimus armis.
 Hic primum ex alto delubri culmine telis 410
 Nostrorum obruimur, oriturque miserrima caedes
 Armorum facie, et Grajarum errore jubarum.
 Tum Danai, gemitu atque ereptae virginis ira,
 Undique collecti invadunt ; acerrimus Ajax,
 Et gemini Atridae, Delopumque exercitus omnis. 415
 Adversi rupto ceu quondam turbine venti
 Configunt, Zephyrusque, Notusque, et laetus Eois
 Euris equis : stridunt silvae, saevitque tridenti
 Spumeus atque imo Nereus ciet aequora fundo.
 Illi etiam, si quos obscura nocte per umbram 420
 Fudimus insidiis, totaque agitavimus urbe,
 Apparent : primi clipeos, mentitaque tela.
 Agnoscunt, atque ora sono discordia signant.
 Ilicet obruimur numero : primusque Coroebus
 Penelei dextra, divae armipotenti ad aram, 425
 Procumbit : cadit et Rhipeus, justissimus unus
 Qui fuit in Teucris, et servantissimus aequi :
 Dis aliter visum : pereunt Hypanisque Dymasque,
 Confixi a sociis ; nec te tua plurima, Panthu,
 Labentem pietas, nec Apollinis infula texti. 430
 Iliaci cineres, et flamma extrema meorum,
 Testor, in occasu vestro nec tela nec ulla
 Vitavisse vices Danaum ; et, si fata fuissent
 Ut caderem, meruisse manu. Divellimur inde,
 Iphitus et Pelias mecum ; quorum Iphitus aevo 435
 Jam gravior, Pelias et vulnere tardus Ulixi ;
 Protenus ad sedes Priami elamore vocati.
 Hic vero ingentem pugnam, ceu cetera nusquam
 Bella forent, nulli tota morerentur in urbe,
 Sic Martem indomitum, Danaosque ad tecta ruentis, 440
 Cernimus, obsessumque acta testudine limen.

Haerent parietibus scalae ; postesque sub ipsos
 Nituntur gradibus, clipeosque ad tela sinistris
 Protecti objiunt, prensant fastigia dextris.
 Dardanidae contrà turris, ac tecta domorum 445
 Culmina, convellunt : his se, quando ultima cernunt,
 Extrema jam in morte parant defendere telis ;
 Auratasque trabes, veterum decora alta parentum,
 Devolvunt : alii strictis mucronibus imas
 Obsedere fores ; has servant agmine denso. 450
 Instaurati animi, regis succurrere tectis,
 Auxilioque levare viros, vimque addere victis.
 Limen erat, caecaeque fores, et pervius usus
 Tectorum inter se Priami, postesque relictis 455
 A tergo : infelix qua se, dum regna manebant,
 Saepius Andromache ferre incomitata solebat .
 Ad soceros, et avo puerum Astyanacta trahebat.
 Evado ad summi fastigia culminis, unde
 Tela manu miseri jactabant irrita Teucris.
 Turrim in praecipiti stantem, summisque sub astra 460
 Eductam tectis, unde omnis Troja videri
 Et Danaûm solitae naves, et Achaïa castra,
 Aggressi ferro circum, qua summa labantur
 Juncturas tabulata dabant, convellimus altis 465
 Sedibus, impulimusque : ea, lapsa repente, ruinam
 Cum sonitu trahit, et Danaûm super agmina late
 Incidit : ast alii subeunt : nec saxa, nec ullum
 Telorum interea cessat genus.
 Vestibulum ante ipsum, primoque in limine, Pyrrhus
 Exsultat, telis et luce coruscus aëna : 470
 Qualis, ubi in lucem coluber, mala gramina pastus,
 Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat ;
 Nunc, positus novus exuviis, nitidusque juvena,
 Lubrica convolvit, sublato pectore, terga,
 Arduus ad solem, et linguis micat ore trisulcis. 475
 Una ingens Periphas, et, equorum agitator Achillis,
 Armiger Automedon ; una omnis Seyria pubes
 Succedunt tecto, et flammas ad culmina jactant.
 Ipse inter primos correpta dura bipenni
 Limina perrumpit, postesque a cardine vellit 480
 Aeratos ; jamque excisa trabe firma cavavit
 Robora, et ingentem lato dedit ore fenestram.

Apparet domus intus, et atria longa patescunt :
 Apparent Priami et veterum penetralia regum ;
 Armatosque vident stantis in limine primo. 485
 At domus interior gemitu, miseroque tumultu,
 Miscetur ; penitusque cavae plangoribus aedes
 Femineis ululant : ferit aurea sidera clamor.
 Tum pavidæ tectis matres ingentibus errant,
 Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt. 490
 Instat vi patria Pyrrhus ; nec claustra neque ipsi
 Custodes sufferre valent : labat ariete crebro
 Janua, et emoti procumbunt cardine postes.
 Fit via vi : rumpunt aditus, primosque trucidant
 Immissi Danaï, et late loca milite complent. 495
 Non sic, aggoribus ruptis, quum spumeus amnis
 Exiit, oppositasque evicit gurgite moles,
 Fertur in arva furens eumulo, camposque per omnis
 Cum stabulis armenta trahit. Vidi ipse furentem
 Caede Neoptolemum, geminosque in limine Atridas : 500
 Vidi Hecubam, centumque nurus, Priamumque per aras
 Sanguine foedantem, quos ipse sacraverat, ignis.
 Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,
 Barbarico postes auro spoliisque superbi,
 Procubuere. Tenent Danaï, qua deficit ignis. 505
 Forsitan et, Priami fuerint quæ fata, requiras.
 Urbis uti captæ easum convolsaque vidit
 Linina tectorum, et medium in penetralibus hostem ;
 Arma diu senior desueta, trementibus ævo,
 Circumdat nequidquam humeris, et inutile ferrum 510
 Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostis.
 Aedibus in mediis, nudoque sub ætheris axe,
 Ingens ara fuit ; juxtaque veterrima laurus,
 Incumbens aræ, atque umbra complexa Penates.
 Hic Hecuba et natae nequidquam altaria circum, 515
 Præcipites atra ceu tempestate columbae,
 Condensæ, et divom amplexæ simulacra, sedebant.
 Ipsum autem sumtis Priamum juvenalibus armis
 Ut vidit ; Quæ mens tam dira, miserrime conjunx,
 Impulit his cingi telis ? aut quo ruis ? inquit. 520
 Non tali auxilio, nec defensoribus istis,
 Tempus eget ; non, si ipse meus nunc adforet Hector.
 Huc tandem concede : hæc ara tuebitur omnis ;

- Aut moriere simul. Sic ore effata, recepit
 Ad sese et sacra longaevum in sede locavit. 525
 Ecce! autem, elapsus Pyrrhi de caede, Polites,
 Unus natorum Priami, per tela, per hostis,
 Porticibus longis fugit, et vacua atria lustrat,
 Saucius: illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
 Insequitur, jam jamque manu tenet, et premit hasta. 530
 Ut tandem ante oculos evasit et ora parentum,
 Concidit, ac multo vitam cum sanguine fudit.
 Hic Priamus, quamquam in media jam morte tenetur,
 Non tamen abstinuit, nec voci iraeque peperit:
 At tibi pro seelere, exclamat, pro talibus ausis, 535
 Di, si qua est coelo pietas quae talia curet,
 Persolvant grates dignas, et praemia reddant
 Debita; qui nati coram me cernere letum
 Fecisti, et patrios foedasti funere voltus.
 At non ille, satum quo te mentiris, Achilles. 540
 Talis in hoste fuit Priamo; sed jura fidemque
 Suppleis erubuit, corpusque exsanguie sepulcro
 Reddidit Heetoreum, meque in mea regna remisit.
 Sic fatus senior, telumque imbelles sine ictu
 Conjecit: rauco quod protenus aere repulsum. 545
 Et summo elipei nequidquam umbone pependit.
 Cui Pyrrhus: Referes ergo haec, et nuntius ibis
 Pelidae genitori; illi mea tristia facta,
 Degeneremque Neoptolemum, narrare memento.
 Nunc morere. Hoc dicens, altaria ad ipsa trementem 550
 Traxit, et in multo lapsantem sanguine nati;
 Implicuitque comam laeva, dextraque eoruscum
 Extulit, ac lateri capulo tensus abdidit, ense.
 Haec finis Priami fatorum: hic exitus illum
 Sorte tulit, Trojam incensam et prolapsa videntem 555
 Pergama; tot quondam populis terrisque superbum,
 Regnatorem Asiae. Jacet ingens littore truncus,
 Avolsamque humeris caput, et sine nomine corpus.
 At me tum primum saevus circumstetit horror.
 Obstupui: subiit eari genitoris imago, 560
 Ut regem aequaevum crudeli vulnere vidi
 Vitam exhalantem: subiit deserta Creusa,
 Et direpta domus, et parvi casus Iuli.
 Respicio, et, quae sit me circum copia, iustro.

Deseruere omnes defessi, et corpora saltu 565
 Ad terram misere, aut ignibus aegra dedere.
 Jamque adeo super unus eram ; quum limina Vestae
 Servantem, et tacitam secreta in sede latentem,
 Tyndarida adspicio : dant clara incendia lucem
 Erranti, passimque oculos per cuncta ferenti 570
 Illa, sibi infestos eversa ob Pergama Teucros,
 Et poenas Danaûm, et deserti conjugis iras,
 Praemetuens, Trojae et patriae communis Erinny,
 Abdiderat sese, atque aris invisâ sedebat.
 Exarsere ignes animo ; subit ira cadentem 575
 Ulcisci patriam, et sceleratas sumere poenas.
 Scilicet haec Spartam incolumis, patriasque Mycenâs,
 Adspiciet, partoque ibit regina triumpho ?
 Conjugiumque, domumque, patres, natosque, videbit,
 Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris ? 580
 Occiderit ferro Priamus ? Troja arserit igni ?
 Dardanium toties sudarit sanguine littus ?
 Non ita. Namque, etsi nullum memorabile nomen
 Feminea in poena est, nec habet victoria laudem ;
 Exstinxisse nefas tamen et sumsisse merentis 585
 Laudabor poenas ; animumque explesse juvabit
 Ultricis flammae, et cineres satiâsse meorum.
 Talia jaetabam, et furiata mente ferebar ;
 Quum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam
 Obtulit, et pura per noctem in luce refulsit, 590
 Alma parens, confessa deam, qualisque videri
 Coelicolis et quanta solet ; dextraque prehensum
 Continuit ; roseoque haec insuper addidit ore :
 Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras ?
 Quid furis ? aut quonam nostri tibi cura recessit ? 595
 Non prius adspicies, ubi fessum aetate parentem
 Liqueris, Anchisen ? superet conjunxne Creûsa,
 Ascaniusque puer ? quos omnis undique Graiae
 Circum errant acies ; et, ni mea cura resistat,
 Jam flammae tulerint, inimicus et hauserit ensis. 600
 Non tibi Tyndaridis facies invisâ Lacaenae,
 Culpatusve Paris ; divom inclementia, divom,
 Has evertit opes, sternitque a culmine Trojam.
 Adspice : namque omnem, quae nunc obducta tuenti
 Mortalis hebetat visus tibi, et humida circum 605

565
 .
 mina Vestae
 em,
 cem
 i
 s,
 rinnys,
 575
 .
 Mycenae,
 , videbit,
 ? 580
 ?
 nomen
 dem ;
 585
 abit
 .
 endam
 590
 i
 sum
 e :
 ?
 essit ? 595
 em
 sa,
 ae
 .
 .
 a tuenti
 605

Caligat, nubem eripiam ; tu ne qua parentis
 Jussa time, neu praeceptis parere recusa.
 Hic, ubi disiectas moles avolsaque saxis
 Saxa vides, mixtoque undantem pulvere fumum,
 Neptunus muros, magnoque emota tridenti
 Fundamenta, quatit, totamque ab sedibus urbem
 Eruit. Hic Juno Scacas saevissima portas
 Prima tenet, sociumque furens a navibus agmen,
 Ferro accincta, vocat. 610
 Jam summas arcis Tritonia, respice, Pallas
 Insedit, nimbo effulgens, et Gorgone saeva. 615
 Ipse Pater Danais animos, viresque secundas,
 Sufficit : ipse deos in Dardana suscitatur arma.
 Eripe, nate, fugam, finemque impone labori.
 Nusquam abero, et tutum patrio te lineine sistam. 620
 Dixerat : et spissis noctis se condidit umbris.
 Apparent dirae facies, inimicaque Trojae
 Numina magna deum.
 Tum vero omne mihi visum considerare in ignis
 Ilium, et ex imo verti Neptunia Troja : 625
 Ac veluti, summis antiquam in montibus ornum
 Quum, ferro accisam crebrisque bipennibus, instant
 Eruere agricolae certatim ; illa usque minatur,
 Et, tremefacta comam concusso vertice, nutat ;
 Volneribus donec paullatim evicta supremum 630
 Congemuit, traxitque, jugis avolsa, ruinam.
 Descendo, ac, ducente deo, flammam inter et hostis
 Expedior : dant tela locum, flammaeque recedunt.
 Atque, ubi jam patriae perventum ad limina sedis,
 Antiquasque domos : genitor, quem tollere in altos 635
 Optabam primum montis, primumque petebam,
 Abnegat excisa vitam producere Troja,
 Exsiliumque pati. Vos o ! quibus integer aevi
 Sanguis, ait, solidaeque suo stant robore vires ;
 Vos agitate fugam. 640
 Me si coelicolae voluissent ducere vitam,
 Has mihi servassent sedes. Satis una, superque,
 Vidimus excidia, et captae superavimus urbi.
 Sic o ! sic positum affati discedite corpus.
 Ipse manu mortem inveniam. Miserebitur hostis, 645
 Exuviasque petet. Facilis jactura sepulcri,

Jam pridem invisus divi, et inutilis, annos
 Demoror ; ex quo me divom pater, atque hominum rex,
 Fulminis adflavit ventis, et contigit igni.
 Talia perstabat memorans, fixusque manebat : 650
 Nos contra, effusi lacrimis, conjunxque Creüsa,
 Ascaniusque, omnisque domus, ne vertere secum
 Cuncta pater, fatoque urgenti incumbere, vellet.
 Abnegat, inceptoque et sedibus haeret in isdem.
 Rursus in arma feror, mortemque miserrimus opto : 655
 Nam quod consilium, aut quae jam fortuna dabatur ?
 Mene efferre pedem, genitor, te posse relicto
 Sperasti ? tantumque nefas patrio excidit ore ?
 Si nihil ex tanta Superis placet urbe relinqui,
 Et sedet hoc animo, perituraeque addere Trojae 660
 Teque tuosque juvat ; patet isti janua leto :
 Jamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
 Natum ante ora patris, patrem qui obruncat ad aras.
 Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignis,
 Eripis, ut mediis hostem in penetralibus, utque 665
 Ascanium, patremque meum, juxtaque Creüsam,
 Alterum in alterius mactatos sanguine, cernam ?
 Arma, viri, ferte arma : vocat lux ultima victos.
 Reddite me Danais : sinite instaurata revisam
 Proelia. Numquam omnes hodie moriemur inulti. 670
 Hinc ferro accingor rursus, clipeoque sinistram
 Insertabam aptans, meque extra tecta ferebam.
 Ecce ! autem, complexa pedes, in limine conjunx
 Haerebat, parvumque patri tendebat Iulum : 675
 Si periturus abis, et nos rape in omnia tecum ;
 Sin aliquam expertus sumtis spem ponis in armis,
 Hanc primum tutare domum. Cui parvus Iulus,
 Cui pater, et, conjunx quondam tua dicta, relinquo ?
 Talia vociferans, gemitu tectum omne replebat ;
 Quum subitum dictuque oritur mirabile monstrum. 680
 Namque manus inter, moestorumque ora parentum,
 Ecce ! levis summo de vertice visus Iuli
 Fundere lumen apex, tactuque innoxia mollis
 Lambere flamma comas et circum tempora pasci.
 Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem 685
 Excutere, et sanctos restinguere fontibus ignes.
 At pater Anchises oculos ad sidera laetus

Extulit, et coelo palmas cum voce tetendit :
 Jupiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
 Adspice nos ; hoc tantum : et, si pietate moremur, 690
 Da deinde auxilium, pater, atque haec omina firma.
 Vix ea fatus erat senior : subitoque fragore
 Intonuit laevum, et, de coelo lapsa, per umbras,
 Stella, facem ducens, multa cum luce cucurrit.
 Illam, summa super labentem culmina tecti, 695
 Cernimus Idaea claram se condere silva,
 Signanterque vias : tum longo limite sulcus
 Dat lucem, et late circum loca sulfure fumant.
 Hic vero victus genitor se tollit ad auras, 700
 Affaturque deos, et sanctum sidus adorat :
 Jam jam nulla mora est : sequor, et, qua ducitis, adsum.
 Dî patrii, servate domum, servate nepotem :
 Vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troja est.
 Cedo equidem, nec, nate, tibi comes ire recuso.
 Dixerat ille : et jam per moenia clarior ignis 705
 Auditur, propiusque aestus incendia volvunt.
 Ergo age, care pater, cervici imponere nostrae :
 Ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit.
 Quo res cumque cadent, unum et commune periculum,
 Una salus ambobus erit. Mihi parvus Iulus 710
 Sit comes, et longe servet vestigia conjunx.
 Vos famuli, quae dicam, animis advertite vestris.
 Est urbe egressis tumulus, templumque vetustum
 Desertae Cereris, juxtaque antiqua cupressus,
 Religione patrum multos servata per annos : 715
 Hanc ex diverso sedem veniemus in unam.
 Tu, genitor, cape sacra manu, patriosque Penates :
 Me, bello e tanto digressum, et caede recenti,
 Attrectare nefas, donec me flumine vivo
 Abluero. 720
 Haec fatus, latos humeros, subjectaque colla,
 Veste super fulvique insternor pelle leonis ;
 Succedoque oneri ; dextrae se parvus Iulus
 Implicuit, sequiturque patrem non passibus aequis :
 Pone subit conjunx. Ferimur per opaca locorum ; 725
 Et me, quem dudum non ulla injecta movebant
 Tela, neque adverso glomerati ex agmine Graii,
 Nunc omnes terrent aerae, sonus excitat omnis,

Suspensum, et pariter comitique onerique timentem.
 Jamque propinquabam portis, omnemque videbar 730
 Evasisse viam : subito quum creber ab auris
 Visus adesse pedum sonitus ; genitorque, per umbram
 Prospiciens, Nate, exclamat, fuge, nate ; propinquant.
 Ardentis clipeos atque aera micantia cerno.
 Hic mihi nescio quod trepido male numen amicum 735
 Confusam eripuit mentem. Namque, avia cursu
 Dum sequor, et nota excedo regione viarum,
 Heu ! misero conjunx fatone erepta Creüsa
 Substitit, erravitne via, seu lassa resedit,
 Incertum : nec post oculis est reddita nostris. 740
 Nec prius amissam respexi, animumve reflexi,
 Quam tumultum antiquae Cereris sedemque sacratam
 Venimus : hic demum collectis omnibus una
 Defuit ; et comites, natumque, virumque, fefellit.
 Quem non inCUSAVI amens hominumque deorumque ? 745
 Aut quid in eversa vidi crudelius urbe ?
 Ascanium, Anchisenque patrem, Teucrosque Penates,
 Commendo sociis, et curva valle recondo :
 Ipse urbem repeto, et cingor fulgentibus armis.
 Stat casus renovare omnis, omnemque reverti 750
 Per Trojam, et rursus caput objectare periclis.
 Principio muros, obscuraque limina portae,
 Qua gressum extuleram, repeto ; et vestigia retro
 Observata sequor per noctem, et lumine lustro. 755
 Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent.
 Inde domum, si forte pedem, si forte, tulisset,
 Me refero : irruerant Danaï, et tectum omne tenebant.
 Illicet ignis edax summa ad fastigia vento
 Vclvitur : exsuperant flammae ; furit aestus ad auras.
 Procedo, et Priami sedes, arcemque, reviso. 760
 Et jam porticibus vacuis Junonis asylo,
 Custodes lecti, Phoenix et dirus Ulixes
 Praedam adservabant : huc undique Troia gaza,
 Incensis erepta adytis, mensaeque deorum,
 Crateresque auro solidi, captivaeque vestis 765
 Congeritur : pueri et pavidæ longo ordine matres
 Stant circum.
 Ausus quin etiam voces jactare per umbram,
 Implevi clamore vias, moestusque Creüsam

Ergo agite, et, divom ducunt qua jussa, sequamur :
 Placemus ventos, et Guosia regna petamus. 115
 Nec longo distant cursu : modo Jupiter adsit,
 Tertia lux classem Cretacis sistet in oris.
 Sic fatus, meritos aris mactavit honores,
 Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo ;
 Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam. 120
 Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis
 Idomenæa ducein, desertaque littora Cretae ;
 Hoste vacare domos, sedesque adstare relictas.
 Linquimus Ortygiae portus, pelagoque volamus,
 Bacchatamque jugis Naxon, viridemque Donusam, 125
 Olearon, niveamque Paron, sparsasque per aequor
 Cycladas, et crebris legimus freta concita terris.
 Nauticus exoritur vario certamine clamor :
 Hortantur socii, Cretam proavosque petamus.
 Prosequitur, surgens a puppi, ventus euntis, 130
 Et tandem antiquis Curetum adlabimur oris.
 Ergo avidus muros optatae molior urbis,
 Pergameamque voco ; et, laetam cognomine, gentem
 Hortor amare focos, arcemque attollere tectis.
 Jamque fere sicco subductae littore puppes ; 135
 Connubiis arvisque novis operata juvenus ;
 Jura domosque dabam : subito quum tabida membris,
 Corrupto coeli tractu, miserandaque venit
 Arboribusque satisque lucis, et letifer annus.
 Linquebant duleis animas, aut aegra trahebant 140
 Corpora : tum sterilis exurere Sirius agros ;
 Arebant herbae, et victum seges aegra negabat.
 Rursus ad oraclum Ortygiae, Phoebumque, remenso
 Hortatur pater ire mari, veniamque precari :
 Quam fessis finem rebus ferat ; unde laborum 145
 Tentare auxilium jubeat, quo vertere cursus.
 Nox erat, et terris animalia somnus habebat :
 Effigies sacrae divom, Phrygiique Penates,
 Quos necum a Troja, mediisque ex ignibus urbis,
 Extuleram, visi ante oculos adstare jacentis 150
 Insomnis, multo manifesti lumine, qua se
 Plena per insertas fundebat luna fenestras.
 Tum sic affari, et euras his demere dictis :
 Quod tibi, delato Ortygiam, dicturus Apollo est,

Illic canit ; et tua nos en ! ultro ad limina mittit. 155
 Nos te, Dardania incensa, tuaque arma, secuti :
 Nos tumidum sub te permensi classibus aequor :
 Idem venturos tollemus in astra nepotes,
 Imperiumque urbi dabimus. Tu moenia magnis
 Magna para, longumque fugae ne linque laborem. 160
 Mutandae sedes. Nec haec tibi littora suasit
 Delius, aut Cretae praesens considerare, Apollo.
 Est locus, Hesperiam tamen cognomine dicunt,
 Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebae :
 Oenotri coluere viri : nunc fama, minores 165
 Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.
 Hae nobis propriae sedes : hinc Dardanus ortus,
 Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum.
 Surge age, et haec laetus longaevo dicta parenti
 Haud dubitanda refer : Corythum terrasque requirat 170
 Ausonias. Dictaea negat tibi Jupiter arva.
 Talibus attonitus visis, ae voce deorum,
 (Nec sopor illud erat ; sed eorum agnoscere vultus,
 Velatasque comas, praesentiaque ora, videbar :
 Tum gelidus toto manabat corpore sudor) 175
 Corripio e stratis corpus, tendoque supinas
 Ad coelum cum voce manus, et munera libo
 Intemerata focis. Perfecto lactus honore,
 Anchisen facio certum, remque ordine pando.
 Agnovit prolem ambiguam, geminosque parentis ; 180
 Seque novo veterum deceptum errore locorum.
 Turna memorat : Nate, Iliacis fatis,
 Sola mihi talis casus Cassandra canebat.
 Nunc repeto, haec generi portendere debita nostro ;
 Et saepe Hesperiam, saepe Itala regna, vocare. 185
 Sed quis ad Hesperiae venturos littora Teucros
 Crederet ? aut quem tum vates Cassandra moveret ?
 Cedamus Phoebis, et, moniti meliora, sequamur.
 Sic ait ; et cuncti dicto paremus ovantes. 190
 Hanc quoque deserimus sedem, paucisque relictis
 Vela damus, vastumque cava trabe currimus aequor.
 Postquam altum tenuere rates, nec jam amplius ullae
 Apparent terrae, coelum undique et undique pontus ;
 Tum mihi caculeus supra caput adstitit imber,
 Noctem hiememque ferens ; et inhorruit unda tenebris.

mittit. 155
 uti :
 uor :
 agnis
 orem. 160
 sit
 nt,
 ebae :
 165
 rtus,
 um.
 enti
 equirat 170
 vultus,
 r :
 175
 utis ; 180
 a.
 nostro ;
 e. 185
 os
 overet ?
 ur.
 etis 190
 equor.
 plius ullae
 ontus ;
 ;
 tenebris.

Continuo venti volvunt mare, magnaue surgunt 196
 Aequora. Dispersi jactamur gurgite vasto.
 Involvère diem nimbi, et nox humida coelam
 Abstulit : ingeminant abruptis nubibus ignes.
 Executimur cursu, et caecis erramus in undis. 200
 Ipse diem noctemque negat discernere coelo,
 Nec meminisse viae media, Palinurus, in unda.
 Tris adeo, incertos caeca caligine, soles
 Erramus pelago ; totidem sine sidere noctes
 Quarto terra die primum se attollere tandem 205
 Visa, aperire procul montis, ac volvere fumum.
 Vela cadunt : remis insurgimus : laud mora, nautae
 Adnixi torquent spumas, et caerulea verrunt.
 Servatum ex undis, Strophadum me littora primum
 Accipiunt : Strophades Graio stant nomine dictae 210
 Insulae Ionio in magno ; quas dira Celaeno,
 Harpyiaequae colunt aliae, Phineia postquam
 Clausa domus, mensasque metu liquère priores.
 Tristius laud illis monstrum, nec saevior ulla
 Pestis et ira deum, Stygiis sese extulit undis. 215
 Virginei volucrum vultus, foedissima ventris
 Proluvies, uncaeque manus, et pallida semper
 Ora fame.
 Huc ubi delati portus intravimus ; ecce !
 Laeta boum passim campis armenta videmus, 220
 Caprigenunque pecus, nullo custode, per herbas.
 Irruimus ferro ; et divos ipsumque vocamus
 In partem praedamque Jovem. Tum littore curvo.
 Exstruimusque toros, dapibusque epulamur opinis.
 At subitae horrifico lapsu de montibus adsunt 225
 Harpyiae, et magnis quatiunt clangoribus alas ;
 Diripiuntque dapes, contactuque omnia foedant
 Immundo : tum vox tetrum dira inter odorem.
 Rursum in secessu longo, sub rupe cavata,
 Arboribus clausi circum, atque horrentibus umbris, 230
 Instruimus mensas, arisque reponimus ignem.
 Rursum, ex diverso coeli, caecisque latebris,
 Turba sonans praedam pedibus circumvolat uncis,
 Polluit ore dapes. Sociis tunc, arma capessant,
 Edico, et dira bellum cum gente gerendum. 235
 Haud secus ac jussi faciunt, tectosque per herbam

Disponunt ensis, et scuta latentia condunt.
 Ergo, ubi delapsae sonitum per curva dedere
 Littora, dat signum specula Misenus ab alta
 Aere cavo : invadunt socii, et nova proelia tentant, 240
 Obscenas pelagi ferro fodare volucres.
 Sed neque viam plumis ullam, nec vulnera tergo,
 Accipiunt ; celerique fuga sub sidera lapsae
 Semesam praedam, et vestigia foeda, relinquunt.
 Una in praecelsa consedit rupe Celaeno, 245
 Infelix vates ; rumpitque hanc pectore vocem :
 Bellum etiam pro caede boum, stratisque juvenis,
 Laomedontiadae, bellumne inferre paratis,
 Et patrio Harpyias insontis pellere regno ?
 Accipite ergo animis, atque haec mea figite dicta : 250
 Quae Phoebus pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo
 Praedixit, vobis Furiarum ego maxima pando.
 Italiam cursu petitis ; ventisque vocatis
 Ibitis Italiam, portusque intrare licebit :
 Sed non ante datam cingetis moenibus urbem, 255
 Quam vos dira fames, nostraeque injuria caedis,
 Ambesas subigat malis absumere mensas.
 Dixit ; et in silvam, pennis ablata, refugit.
 At sociis, subita gelidus formidine, sanguis
 Deriguit : cecidere animi ; nec jam amplius armis, 260
 Sed votis precibusque, jubent exposcere pacem,
 Sive deae, seu sint dirae obscaeque volucres.
 Et pater Anchises, passis de littore palmis,
 Numina magna vocat, meritosque indicit honores :
 Di, prohibete minas : di, talem avertite casum ; 265
 Et placidi servate pios. Tum littore funem
 Deripere excussosque jubet laxare rudentis.
 Tendunt vela Noti : ferimur spumantibus undis,
 Qua cursum ventusque gubernatorque vocabant.
 Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos, 270
 Dulichiumque, Sameque, et Neritos, ardua saxis.
 Effugimus scopulos Ithacae, Laërtia regna,
 Et terram altricem saevi exsecramur Ulixi.
 Mox et Leucatae nimbose cacumina montis,
 Et, formidatus nautis, aperitur Apollo. 275
 Hunc petimus fessi, et parvae succedimus urbi.
 Ancora de prora jacitur : stant littore puppes.

Ergo, insperata tandem tellure potiti,
 Lustramurque Jovi, votisque incendimus aras ;
 Actiaque Iliacis celebramus littora ludis. 280
 Exercent patrias oleo labente palaestras
 Nudati socii. Juvat evasisse tot urbis
 Argolicas, mediosque fugam tenuisse per hostis.
 Interea magnum Sol circumvolvitur annum,
 Et glacialis hiems aquilonibus asperat undas. 285
 Aere cavo clipeum, magni gestamen Abantis,
 Postibus adversis figo, et rem carmine signo :
 AENEAS HAEC DE DANAIIS VICTORIBUS ARMA.
 Linquere tum portus jubeo, et considerare transtris :
 Certatim socii feriunt mare, et aequora verrunt. 290
 Protenus aërias Phaeacum abscondimus arces,
 Littoraque Epiri legimus, portuque subimus
 Chaonio, et celsam Buthroti accedimus urbem.
 Hic incredibilis rerum fama occupat auris :
 Priamiden Helenum Graias regnare per urbis, 295
 Conjugio Aeacidae Pyrrhi sceptrisque potitum ;
 Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
 Obstupui ; miroque incensum pectus amore,
 Compellare virum, et casus cognoscere tantos.
 Progredior portu, classis et littora linquens. 300
 Sollemnis tum forte dapes, et tristia dona,
 Ante urbem in luco, falsi Simoëntis ad undam,
 Libabat cineri Andromache, Manisque vocabat
 Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,
 Et geminas, caussam lacrimis, sacraverat aras. 305
 Ut me conspexit venientem, et Troia circum
 Arma amens vidit ; magnis exterrita monstria,
 Deriguit visu in medio : calor ossa reliquit :
 Labitur ; et longo vix tandem tempore fatur :
 Verane te facies, verus mihi nuntius adfers, 310
 Nate dea ? vivisne ? aut, si lux alma recessit,
 Hector ubi est ? Dixit ; lacrimasque effudit, et omnem
 Implevit clamore locum. Vix pauca furenti
 Subjicio, et raris turbatus vocibus hisco :
 Vivo equidem, vitamque extrema per omnia duco. 315
 Ne dubita : nam vera vides.
 Heu ! quis te casus, dejectam conjuge tanto,
 Excipit ? aut quae digna satis Fortuna revisit ?

Hectoris Andromache, Pyrrhin' connubia servas?
 Dejecit voltum, et demissa voce locuta est : 320
 O felix una ante alias Priameia virgo,
 Hostilem ad tumultum Trojae sub moenibus altis
 Jussa mori, quae sortitus non pertulit ullos,
 Nec victoris heri tetigit captiva cubile!
 Nos, patria incensa, diversa per aequora vectae, 325
 Stirpis Achilleae fastus, juvenemque superbum,
 Servitio enixae, tulimus : qui deinde, secutus
 Ledaeam Hermionen, Lacedaemoniosque Hymenaeos,
 Me famulo famulamque Heleno transmisit habendam.
 Ast illum, ereptae magno inflammatus anore 330
 Conjugis, et scelerum Furiis agitated, Orestes
 Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.
 Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit
 Pars Heleno ; qui Chaonios cognomine campos,
 Chaoniamque omnem, Trojano a Chaone dixit ; 335
 Pergamaque Iliacamque jugis hanc addidit arcem.
 Sed tibi qui cursum venti, quae fata dedere ?
 Aut quisnam ignarum nostris deus appulit oris ?
 Quid puer Ascanius ? superatne et vescitur aura ?
 Quem tibi jam Troja * * * * 340
 Ecqua tamen puero est amissae cura parentis ?
 Ecquid in antiquam virtutem, animosque virilis,
 Et pater Aeneas, et avunculus excitat Hector ?
 Talia fundebat lacrimans, longoque ciebat
 Incassum fletus ; quum sese a moenibus heros 345
 Priamides multis Helenus comitantibus adfert ;
 Agnoscitque suos, laetusque ad limina ducit,
 Et multum lacrimas verba inter singula fundit.
 Procedo, et parvam Trojam, simulataque magnis
 Pergama, et arentem Xanthi cognomine rivum, 350
 Agnosco : Scaetaeque amplector limina portae.
 Nec non et Teucri socia simul urbe fruuntur.
 Illos porticibus rex accipiebat in amplis :
 Aulae in medio libabant pocula Bacchi,
 Impositis auro dapibus, paterasque tenebant. 355
 Jamque dies, alterque dies processit ; et aerae
 Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus austro
 His vatem aggredior dictis, ac talia quaeso :
 Trojugena, interpres divom, qui numina Phoebi,

320	Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis, Et volucrium linguas, et praepetis omina pennae; Fare age, (namque omnem cursum mihi prospera dixit Religio, et euncti suaserunt numine divi Italiam petere, et terras tentare repostas :	360
325	Sola novum, dietuque nefas, Harpyia Celaeno Prodigium canit, et tristis denuntiat iras, Obscenamque famem) quae prima pericula vito? Quidve sequens, tantos possim superare labores? Hic Helenus, caesis primum de more juvencis, Exorat pacem divom, vittasque resolvit	365
330	Sacrati capitis, meque ad tua limina, Phoebe, Ipse manu, multo suspensum numine, ducit; Atque haec deinde canit divino ex ore sacerdos :	370
335	Nate dea, nam te majoribus ire per altum Auspicii manifesta fides; sic fata deum rex Sortitur, volvitque vices: is vertitur ordo: Pauca tibi e multis, quo tutior hospita lustres Aequora, et Ausonio possis considerare portu, Expediam dietis; prohibent nam cetera Parcae Seire, Helenum farique vetat Saturnia Juno.	375
340	Principio, Italiam, quam tu jam rere propinquam, Vicinosque, ignare, paras invadere portus, Longa procul longis via dividit in via terris, Ante et Trinacria lentandus remus in unda, Et salis Ausonii lustrandum navibus aequor,	380
345	Inferni que lacus, Aecaeaeque insula Circae, Quam tuta possis urbem componere terra. Signa tibi dicam: tu condita mente teneto. Quum tibi sollicito, secreti ad fluminis undam, Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus,	385
350	Triginta capitum fetus enixa, jacebit, Alba, solo recubans, albi circum ubera nati; Is locus urbis erit, requies ea certa laborum. Nec tu mensarum morsus horresce futuros: Fata viam invenient, aderitque vocatus Apollo.	390
355	Has autem terras, Italique hanc littoris oram, Proxima quae nostri perfunditur aequoris aestu, Effuge: cuncta malis habitantur moenia Graiis. Hic et Narycii posuerunt moenia Locri, Et Sallentinos obsedit milite campos	395
		400

Lyctius Idomeneus : hie illa ducis Meliboei
 Parva Philoetetae subnixta Petelia muro.
 Quin, ubi transmissae steterint trans aequora classes,
 Et positis aris jam vota in littore solves,
 Purpureo velare comas adopertus amietu ; 405
 Ne qua inter sanctos ignis in honore deorum
 Hostilis facies occurrat, et omina turbet.
 Hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto :
 Haec casti maneant in religione nepotes.
 Ast, ubi digressum Siculae te admoverit orae 410
 Ventus, et angusti rarescent claustra Pelori,
 Laeva tibi tellus et longo laeva petantur
 Aequora circuitu : dextrum fuge littus et undas.
 Haec loca, vi quondam et vasta convolsa ruina,
 (Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas) 415
 Dissiluisse ferunt, quum protenus utraque tellus
 Una foret : venit medio vi pontus, et undis
 Hesperium Siculo latus absceidit, arvaque, et urbis,
 Littore diductas, angusto interluit aestu.
 Dextrum Scylla latus, laevum implacata Charybdis 420
 Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos
 Sorbet in abruptum fluctus rursusque sub auras
 Erigit alternos, et sidera verberat unda.
 At Scyllam caecis cohibet spelunca latebris,
 Ora exsertantem, et navis in saxa trahentem. 425
 Prima hominis facies, et pulchro pectore virgo
 Pube tenus : postremo immani corpore pistrinx,
 Delphinum caudas utero commissa luporum.
 Praestat Trinacrii metas lustrare Pachyni
 Cessantem, longos et circum flectere cursus, 430
 Quam semel informem vasto vidisse sub antro
 Scyllam, et caeruleis canibus resonantia saxa.
 Praeterea, si qua est Heleno prudentia, vati
 Si qua fides, animum si veris implet Apollo,
 Unum illud tibi, nate dea, praeque omnibus unum, 435
 Praedicam, et repetens iterumque monebo :
 Junonis magnae primum prece numen adora ;
 Junoni eane vota libens, dominamque potentem
 Supplicibus supera donis : sic denique victor
 Trinacria finis Italos mittere relicta. 440
 Hue ubi delatus Cumaeam accesseris urbem,

Di
 Ins
 Fa
 Qu
 Di
 Illa
 Ve
 Im
 Nu
 Ne
 In
 Hi
 Qu
 Ve
 Qu
 Ips
 Illa
 Et
 Ex
 Ha
 Va
 Do
 Im
 Ing
 Lo
 Et
 Ar
 Ad
 Re
 An
 Qu
 Co
 Cu
 Ec
 Et
 Au
 Va
 Pr
 Ne

	Divinosque lacus, et Averna sonantia silvis ; Insanam vatem adspicies, quae rupe sub imia Fata canit, foliisque notas et nomina mandat. Quaecumque in foliis descripsit carmina virgo,	445
classes, 405	Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit. Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt. Verum eadem, verso tenuis quum cardino ventus Impulit, et teneras turbavit janua frondis, Numquam deinde cavo volitantia prendere saxo,	450
410	Nec revocare situs, aut jungere carmina, curat : Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllae. Hic tibi ne qua morae fuerint dispendia tanti ; Quamvis increpitent socii, et vi cursus in altum Vela vocet, possisque sinus implere secundos ;	455
415	Quin adeas vatem, precibusque, oracula, poscas, Ipsa canat, vocemque volens atque ora resolvat. Illa tibi Italiae populos, venturaque bella, Et quo quemque modo fugiasque ferasque laborem, Expediet ; cursusque dabit venerata secundos.	460
rbis, bdis 420	Haec sunt, quae nostra liceat te voce moneri. Vade age, et ingentem factis fer ad aethera Trojam. Quae postquam vates sic ore effatus amico est, Dona dehinc, auro gravia, sectoque elephanto, Imperat ad navis ferri, stipatque carinis	465
425	Ingens argentum, Dodonacosque lebetas, Loricam consertam hamis auroque trlicem, Et conum insignis galeae, cristasque comantis, Arma Neoptolemi. Sunt et sua dona parenti. Addit equos, additque duces :	470
430	Remigium supplet : socios simul instruit armis. Interea classem velis aptare jubebat Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti ; Quem Phoebi interpretes multo compellat honore :	475
am, 435	Conjugio, Anchisa, Veneris dignate superbo, Cura deum, bis Pergameis erepte ruinis, Ecce tibi Ausoniae tellus ! hanc adripe velis. Et tamen hanc pelago praeterlabare necesse est : Ausoniae pars illa procul, quam pandit Apollo.	480
440	Vade, ait, o felix nati pietate ! quid ultra Provehor, et fando surgentis demoror austros ? Nec minus Andromache, digressu moesta supremo,	

Fert picturatas auri subtemine vestis,
 Et Phrygiam Ascanio chlamydem; nec cedit honore
 Textilibusque onerat donis, ac talia fatur: 485
 Accipe et haec, manuum tibi quae monumenta mearum
 Sint, puer, et longum Andromachae testentur amorem,
 Conjugis Hectoreae. Cape dona extrema tuorum,
 O mihi sola mei super Astyanactis imago!
 Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat; 490
 Et nunc aequali tecum pubesceret aevo.
 Hos ego digrediens lacrimis affabar obortis:
 Vivite felices, quibus est fortuna peracta.
 Jam sua: nos alia ex aliis in fata vocamur.
 Vobis parta quies: nullum maris aequor arandum; 495
 Arva neque Ausoniae, semper cedentia retro,
 Quaerenda. Effigiem Xanthi Trojamque videtis,
 Quam vestrae fecere manus; melioribus, opto,
 Auspiciis, et quae fuerit minus obvia Graiis.
 Si quando Thybrim, vicinaque Thybridis arva, 500
 Intraro, gentique meae data moenia cernam;
 Cognatas urbis olim, populosque propinquos,
 Epiro, Hesperia, (quibus idem Dardanus auctor,
 Atque idem casus) unam faciemus utramque
 Trojam animis: maneat nostros ea cura nepotes. 505
 Provelimur pelago vicina Ceraunia juxta;
 Unde iter Italiam, cursusque brevissimus undis.
 Sol ruit interea, et montes umbrantur opaci.
 Sternimur optatae gremio telluris ad undam,
 Sortiti remos, passimque in littore sicco 510
 Corpora curamus: fessos sopor irrigat artus.
 Necdum orbem medium Nox, horis acta, subibat:
 Haud segnis strato surgit Palinurus, et omnis
 Explorat ventos, atque auribus aëra captat:
 Sidera cuncta notat tacito labentia coelo: 515
 Areturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones,
 Armatumque auro circumspicit Oriona.
 Postquam cuncta videt coelo constare sereno,
 Dat clarum e puppi signum; nos castra movemus,
 Tentamusque viam, et velorum pandimus alas. 520
 Jamque rubescebat stellis Aurora fugatis,
 Quum procul obscuros colles humilemque videmus
 Italiam. Italiam primus exclamavit Achates:

Ita
 Tu
 Ind
 Sta
 Di
 Fe
 ()
 Jan
 Ve
 Po
 Ob
 Ips
 Tu
 Qu
 To
 Et
 Be
 Sec
 Qu
 Sp
 Pa
 Et
 Pr
 Ju
 Co
 Gr
 Hi
 Ce
 Ca
 Tu
 Et
 Au
 Ex
 Et
 H
 Er
 H
 Co
 L
 T

Italiam laeto socii clamore salutant.

Tum pater Anchises magnum cratera corona 525

Induit, implevitque mero ; divosque vocavit

Stans celsa in puppi :

Di. maris et terrae tempestatumque potentes,

Ferte viam vento facilem, et spirate secundi.

Crebrescunt optatae aerae, portusque patescit 530

Jam propior, templumque apparet in arce Minervae :

Vela legunt socii, et proras ad littora torquent.

Portus ab Euroo fluctu curvatus in arcum :

Objectae salsa spumant adspargine cautes : 535

Ipsae latet : gemino demittunt brachia muro

Turriti scopuli, refugitque ab littore templum.

Quatuor hic, primum omen, equos in gramine vidi,

Tondentis campum late, candore nivali.

Et pater Anchises : Bellum, o terra hospita ! portas :

Bello armanturequi : bellum haec armenta minantur. 540

Sed tamen idem olim curru succedere sueti

Quadrupedes, et frena jugo concordia ferre :

Spes et pacis, ait. Tum numina sancta precamur

Palladis armisonae, quae prima accepit ovantis ;

Et capita ante aras Phrygio velamur amictu ; 545

Praeceptisque Heleni, dederat quae maxima, rito

Junoni Argivae jussos adolemus honores.

Haud mora : continuo, perfectis ordine votis,

Cornua velatarum obvertimus antennarum,

Grajugenúmque domos suspectaque linquimus arva. 550

Hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti

Cernitur. Attollit se diva Leontia contra,

Caulonisque arces, et navifragum Scylaceum.

Tum procul e fluctu Trinacria cernitur Aetna,

Et gemitum ingentem pelagi, pulsataque saxa, 555

Audimus longe, fractasque ad littora voces ;

Exsultantque vada, atque aestu miscentur arenae.

Et pater Anchises : Nimirum haec illa Charybdis :

Hos Helenus scopulos, haec saxa horrenda, canebat ;

Eripite, o socii ! pariterque insurgite remis. 560

Haud minus ac jussi faciunt ; primusque rudentem

Contorsit laevas proram Palinurus ad undas :

Laevam cuncta cohors remis ventisque petivit.

Tollimur in coelum curvato gurgite, et idem

Subducta ad Manis imos desidimus unda. 565
 Ter scopuli clamorem inter cava saxa dedere:
 Ter spumam elisam et rorantia vidimus astra.
 Interea fessos ventus cum solē reliquit ;
 Ignarique viae Cyclopum adlabimur oris.
 Portus ab accessu ventorum immotus, et ingens 570
 Ipse : sed horrificis juxta tonat Aetna ruinis,
 Interdumque atram prorumpit ad aethera nubem,
 Turbine fumantem piceo, et candente favilla ;
 Attollitque globos flammaram, et sidera lambit :
 Interdum scopulos, avolsaque viscera montis, 575
 Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
 Cum gemitu glomerat, fundoque exaestuatur imo.
 Fama est, Enceladi, semiustum fulmine, corpus
 Urgueri mole hac, ingentemque insuper Aetnam
 Impositam ruptis flammam exspirare caminis ; 580
 Et, fessum quoties mutet latus, intremere omnem
 Murmure Trinacriam, et coelum subtexere fumo.
 Noctem illam tecti silvis immania monstra
 Perferimus ; nec, quae sonitum det caussa, videmus :
 Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus aethra 585
 Siderea polus, obscuro sed nubila coelo ;
 Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.
 Postera jamque dies primo surgebat Eoo,
 Humentemque Aurora polo dimoverat umbram :
 Quum subito e silvis, macie confecta suprema, 590
 Ignoti nova forma viri, miserandaque cultu,
 Procedit, supplexque manus ad littora tendit.
 Respicimus. Dira illuvies, immissaque barba,
 Consertum tegumen spinis : at cetera Graius,
 Ut quondam patriis ad Trojam missus in armis. 595
 Isque, ubi Dardanos habitus, et Troia vidit
 Arma procul, paullum, ad aspectu conterritus, haesit,
 Continuitque gradum : mox sese ad littora praeceps
 Cum fletu precibusque tulit : Per sidera testor,
 Per superos, atque hoc coeli spirabile lumen ; 600
 Tollite me, Teucri : quascumque abducite terras.
 Hoc sat erit. Scio me Danais e classibus unum,
 Et bello Iliacos fateor petisse Penates ;
 Pro quo, si sceleris tanta est injuria nostri,
 Spargite me in fluctus, vastoque immergite ponto. 605

Si p
 Dix
 Haer
 Hor
 Ipse
 Dat
 Ille
 S
 Non
 Pau
 Hic
 Imm
 Des
 Intu
 Side
 Nec
 Visc
 Vid
 Pre
 Fra
 Lim
 Man
 Hau
 Obl
 Nan
 Cer
 Im
 Per
 Nu
 Fun
 Ing
 Arg
 Et
 Sed
 Ru
 Na
 Lan
 Cer
 Inf
 Ter
 Qu

565

Si pereo, hominum manibus periisse juvabit.
 Dixerat ; et, genua amplexus genibusque volutans,
 Haerebat. Qui sit, fari, quo sanguine cretus,
 Hortatur ; quae deinde agitet Fortuna, fateri.
 Ipse pater dextram, Anchises, haud multa moratus, 610
 Dat juveni ; atque animum praesenti pignore firmat.
 Ille haec, deposita tandem formidine, fatur :

570

Sum patria ex Ithaea, comes infelicis Ulixi,
 Nomen Achemenides, Trojam genitore Adamasto
 Paupere (mansissetque utinam Fortuna !) profectus. 615

575

Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
 Immemores socii vasto Cyclopi in antro
 Deseruere. Domus sanie dapibusque eruentis

580

Intus opaca, ingens : ipse arduus, altaque pulsat
 Sidera, (Di, talem terris avertite pestem !) 620
 Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli :

585

Visceribus miserorum et sanguine veseitur atro.
 Vidi egomet, duo de numero quum corpora nostro,
 Prensa manu magna, medio resupinus in antro,
 Frangeret ad saxum, sanieque exspersa natarent 625

Limina : vidi atro quum membra fluentia tabo
 Manderet, et tepidi tremarent sub dentibus artus.

Haud impune quidem ; nec talia passus Ulixes,
 Oblitusve sui est Ithaeus discrimine tanto.
 Nam, simul, expletus dapibus, vinoque sepultus, 630
 Cervicem inflexam posuit, jacuitque per antrum

590

Immensus, sanie eruentans, ae frustra eruento.
 Per somnum, commixta mero ; nos, magna precati
 Numina, sortitique vices, una undique eireum

595

Fundimur, et telo lumen terebramus acuto 635
 Ingens, quod torva solum sub fronte latebat,
 Argolici elipei aut Phoebaeae lampadis instar :

600

Et tandem laeti sociorum ulciscimur umbras.
 Sed fugite, o miseri ! fugite, atque ab littore funem
 Rumpite : 640

605

Nam, qualis quantusque eavo Polyphemus in antro
 Lanigeras claudit peendes, atque ubera pressat,
 Centum alii curva haec habitant ad littora volgo
 Infandi Cyclopes, et altis montibus errant.
 Tertia jam Lunae se eornua lumine eomplent, 645
 Quum vitam in silvis, inter deserta ferarum

Lustra domosque, traho, vastosque ab rupe Cyclo-
 prospicio, sonitumque pedum vocemque tremisco.
 Victum intelicem, baccas lapidosaque corna,
 Dant rami, et volsis paseunt radicibus herbae. 650
 Omnia collustrans, hanc primum ad littora classem
 Conspexi venientem. Huic me, quaecumque fuisset,
 Addixi: satis est gentem effugisse nefandam:
 Vos animam hanc potius quocumque absumite leto.
 Vix ea fatus erat, summo quum monte videmus 655
 Ipsum, inter pecudes vasta se mole moventem,
 Pastorem Polyphemum, et littora nota petentem;
 Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen adem-
 Trunca manu pinus regit et vestigia firmat. [tum. 660
 Lanigeræ comitantur oves: ea sola voluptas,
 Solamenque mali.
 Postquam altos tetigit fluctus, et ad aequora venit,
 Luminis effossi fluidum lavit inde cruorem,
 Dentibus infrendens gemitu; graditurque per aequor
 Jam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit. 665
 Nos procul inde fugam trepidi celerare, recepto
 Supplice, sic merito; tacitique incidere funem;
 Verrimus et proni certantibus aequora remis.
 Sensit, et ad sonitum vocis vestigia torsit.
 Verum, ubi nulla datur dextra affectare potestas, 670
 Nec potis Ionios fluctus aequare sequendo,
 Clamorem immensum tollit: quo pontus et omnes
 Intremuere undae, penitusque exterrita tellus
 Italiae, curvisque immugiit Aetna cavernis.
 At genus, e silvis, Cyclopum, et montibus altis 675
 Excitum, ruit ad portus, et littora complent.
 Cernimus adstantis nequidquam lumine torvo
 Aetnaeos fratres, coelo capita alta ferentis,
 Concilium horrendum: quales quum vertice celso
 Aëriae quercus aut coniferae cyparissi 680
 Constiterunt, silva alta Jovis, lucusve Dianae.
 Praecipites metus acer agit quocumque rudentis
 Excutere, et ventis inteadere vela secundis.
 Contra jussa monent Heleni, Scyllam atque Charybdim
 Inter, utramque viam leti discrimine parvo, 685
 Ni teneant cursus; certum est dare lintea retro.
 Ecce! autem Boreas, angusta ab sede Pelori

Missus, adest : vivo praetervehor ostia saxo
 Pantagiae, Megarosque sinus, Thapsumque jacentem.
 Talia monstrabat, relegens errata retrorsum 690
 Littora, Achemenides, comes infelicis Ulixi.
 Sicanio praetenta sinu jacet insula contra
 Plemmyrium undosum : nomen dixere priores
 Ortygiam. Alpheum fama est huc, Elidis amnem,
 Occultas egisse vias subter mare ; qui nunc 695
 Ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis.
 Jussi, numina magna loci veneramur : et inde
 Exsupero praepingue solum stagnantis Helori.
 Hinc altas cautes projectaque saxa Pachyni
 Radimus, et, fatis nunquam concessa moveri, 700
 Apparet Camarina procul, campique Geloi,
 Immanisque Gela, fluvii cognomine dicta.
 Arduus inde Acragas cstitat maxima longe
 Moenia, magnanimùm quondam generator equorum :
 Teque datis linquo ventis, palmosa Selinus ; 705
 Et vada dura lego saxis Lilybeia caecis.
 Hinc Drepani me portus, et illaetabilis ora,
 Accipit. Hic, pelagi tot tempestatibus actus,
 Heu ! genitorem, omnis curae casusque levamen,
 Amitto Anchisen. Hic me, pater optime, fessum 710
 Deseris, heu ! tantis nequidquam erepte periclis !
 Nec vates Helenus, quum multa horrenda moneret,
 Hos mihi praedixit luctus, non dira Celaeno.
 Hic labor extremus, longarum haec meta viarum.
 Hinc me digressum vestris deus appulit oris. 715
 Sic pater Aeneas, intentis omnibus, unus
 Fata renarrabat divom, cursusque docebat.
 Conticuit tandem, factoque hic fine quievit.

THE END.

LATIN CLASSICS.

CHEAP COLONIAL EDITIONS

FOR

COLLEGES AND SCHOOLS.

Although the great improvements in the Printing Art have done so much to add to the appearance of Books, and also to diminish the cost, yet the price still forms rather a serious item in the expense of education. This is particularly the case in editions of the Greek and Latin Classics. There is no want of excellence in many of these, but they are generally either so comprehensive or so extended by annotations, that the price is an obstacle to those who, entertaining enlarged views of the advantages of education, have not means commensurate with their wishes. It is, therefore, the intention of the Subscribers, to publish neat and correct editions of such detached portions of the Classic authors as are usually read in Schools and Colleges. This plan has been tried in England, and has been attended with marked success.

The success which attended this experiment to improve and render uniform the Books used in the Common Schools of Canada, has emboldened the Subscribers to undertake the publication of the Classical series now announced for the use of Colleges, High Schools, District and Grammar Schools.

The first numbers of the series will consist of the following :—

Excerpts from Cornelius Nepos.

The First Four Books of Cæsar.

The Georgics of Virgil.

The Fasti of Ovid.

The Third and Fourth Books of Quintus Curtius.

Cicero de Amicitia.

Cicero de Senectute.

Taciti Agricola.

Excerpts from Horace.

The First Three Books of the Æneid.

The price of each will vary from 9d. to 1s. 9d. currency, according to the quantity of printed matter in each.

Orders for copies will be executed by the Booksellers throughout Canada, or by the Publishers.

ARMOUR & RAMSAY.

PUBLII VIRGILII MARONIS

GEORGICA.

FROM THE TEXT OF FORBIGER,

CAREFULLY REVISED.

MONTREAL:

ARMOUR AND RAMSAY,

1849.

n
t
t
g
a
a
e
(
r
c
l
a
s
c
s
l
a
l
h
a
l
a
c
(

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICA.

LIBRI PRIMI ARGUMENTUM.

“ Georgica, seu de re rustica præcepta, arationem, arborum, vitium imprimis et olearum, culturam, passionem et mellificium, e Romanorum notione complectuntur. Ordinem dicendorum ducit propositio et argumentum operis (v. 1—5). Inde invocatio numinum agrestium cum ipso Cæsare Augusto (5—42). Tum de prima operis rustici parte, quæ est de aratione, exponit: ac primum quidem, quando illa incipienda sit (43—49). Ante omnia cæli solique natura est exploranda (50—63), unde leges culturæ diversæ proficiuntur, imprimis arationis (64—99) et sationis (100—117). Quum in his multum laboris et ærumnæ tolerandum sit, digreditur ad causas hujus rei mythicas inde a Saturni ætate [et exponit, quomodo impedimentis agriculturæ post auream illam ætatem obortis occurrendum sit.] (118—159). Inde de instrumento rustico (160—175); tum de aliis ad opus rusticum faciendum curandis, in his de area ad terenda grana paranda (176—186); iudicium de futuro anni proventu unde facere liceat (187—192); de semine medicando (193—196); de seminum delectu faciundo (197—203). Sequitur locus de temporibus operum rusticorum diserte tractatus. Tempus sationis (204—230). Digressio de solis cursu annuo et quatuor anni tempestatibus (231—256). Quæ curanda sint tempore pluvio (257—267); diebus festis (268—275). Dierum lunarium, qui fausti vel infausti

sint, observatio (276—286); nonnulla noctu melius tractanda (287—296); alia per calorem aëris (297—299); alia hieme (300—310). Ita viam sibi parat ad duas anni tempestates poëtica arte describendas, alteram auctumni, alteram veris ineuntis, utramque procellosam; observanda itaque esse eorum tempora [siderumque cursum] (311—337), et religionibus deos exornandos (338—350). Esse etiam certa tempestatum per vices succedentium prognostica. In his exponendis et ornandis copiosus est poëta (351—465.) [Et primum quidem agit de ventorum (356—369), tum de pluviae (370—392), postremo de sudi serenique cœli (393—423) prognosticis; quæ sequuntur signa e lunæ (424—437) et solis (438—465) observatione capienda]. Multo ornatus est episodium, ad quod aditum sibi struxit de prodigiis Julii Cæsaris nece facta bellum civile subsecutum portendentibus (466—497). Subjunguntur vota pro Augusto (498—514).” Heyn.

melius
297—
rat ad
terram
psam ;
mque
andos
vices
rnan-
uidem
370—
prog-
37) et
orna-
pro-
cutum
pro

LIBER PRIMUS.

AD C. CILNIUM MÆCENATEM.

~~~~~

QUID faciat lætas segetes, quo sidere terram  
Vertere, Mæcenas, ulmisque adungere vites  
Conveniat; quæ cura boum, qui cultus habendo  
Sit pecori; apibus quanta experientia parcis:  
Hinc canere incipiam. Vos, o clarissima mundi 5  
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum;  
Liber et alma Ceres, vestro si munere tellus  
Chaoniam pingui glandem mutavit arista,  
Poculaque inventis Acheloïa miscuit uvis;  
Et vos, agrestum præsentia numina, Fauni, 10  
Ferte simul Faunique pedem Dryadesque puellæ:  
Munera vestra cano. Tuque o, cui prima frementem  
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,  
Neptune; et cultor nemorum, cui pinguia Cææ  
Ter centum nivei tondent dumeta juvenci; 15  
Ipse nemus linquens patrium saltusque Lycæi,  
Pan, ovium custos, tua si tibi Mænala curæ,  
Adsis, o Tegææ, favens; olæque Minerva  
Inventrix; uncique puer monstrator aratri;  
Et teneram ab radice ferens, Silvane, cupressum; 20  
Dique deæque omnes, studium quibus arva tueri,  
Quique novas alitis non ullo semine fruges;  
Quique satis largum cælo demittitis imbrem:  
Tuque adeo, quem mox quæ sint habitura deorum  
Concilia, incertum est: urbesne invisere Cæsar, 25  
Terrarumque velis curam, et te maximus orbis  
Auctorem frugum, tempestatumque potentem  
Accipiat, cingens materna tempora myrto;  
An deus immensi venias maris, ac tua nautæ  
Numina sola colant, tibi serviat ultima Thule, 30

Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis;  
 Anno novum tardis sidus te mensibus addas,  
 Qua locus Erigonen inter Chelasque sequentes  
 Panditur; ipse tibi jam brachia contrahit ardens  
 Scorpis, et cœli justa plus parte reliquit: 35  
 Quidquid eris—nam te nec sperent Tartara regem,  
 Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido;  
 Quamvis Elysios miretur Græcia campos,  
 Nec repetita sequi curet Proserpina matrem;—  
 Da facilem cursum, atque audacibus adnue cœptis, 40  
 Ignarosque viâ mecum miseratus agrestes,  
 Ingredere, et votis jam nunc adsuesee vocari.  
 Vere novo, gelidus canis cum montibus humor  
 Liquitur, et Zephyro putris se gleba resolvit,  
 Depresso incipiat jam tum mihi taurus aratro 45  
 Ingemere, et sulcô adtritrus splendescere vomer.  
 Illa seges demum votis respondet avari  
 Agricolaë, bis quæ solem, bis frigora sensit;  
 Illius immensæ ruperunt horrea messes.  
 Ac prius, ignotum ferro quam scindimus æquor, 50  
 Ventos et varium cœli prædiscere morem  
 Cura sit, ac patrios cultusque habitusque locorum;  
 Et quid quæque ferat regio, et quid quæque recuset.  
 Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ;  
 Arborei fœtus alibi atque injussa virescunt 55  
 Gramina. Nonne vides, croceos ut Tmolus odores,  
 India mittit ebur, molles sua tura Sabæi;  
 At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus  
 Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum?  
 Continuo has leges æternaque fœdera certis 60  
 Imposuit natura locis, quo tempore primum  
 Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem,  
 Unde homines nati, durum genus. Ergo age, terræ  
 Pingue solum primis extemplo a mensibus anni  
 Fortes invertant tauri, glebasque jacentes 65  
 Pulverulenta coquat maturis solibus ætas:  
 At si non fuerit tellus fecunda, sub ipsum  
 Arcturum tenui sat erit suspendere sulco;  
 Illic, officiant latis ne frugibus herbæ,  
 Hic, sterilem exiguus ne deserat humor arenam. 70

Alternis idem tonsas cessare novales,  
 Et segnem patiere situ durescere campum;  
 Aut ibi flava seres, mutato sidere, farra,  
 Unde prius lætum siliqua quassante legumen, 75  
 Aut tenuis fetus vicæ tristisque lupini  
 Sustuleris fragiles calamos silvamque sonantem.  
 Urit enim lini campum seges, urit avenæ  
 Urunt Lethæo perfusa papavera somno:  
 Sed tamen alternis facilis labor: arida tantum  
 Ne saturare fimo pingui pudeat sola, neve 80  
 Effetos cinerem immundum jactare per agros.  
 Sic quoque mutatis requiescunt fetibus arva;  
 Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.  
 Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,  
 45 Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis: 85  
 Sive inde occultas vires et pabula terræ  
 Pingua concipiunt; sive illis omne per ignem  
 Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor;  
 Seu plures calor ille vias et cæca relaxat  
 50 Spiramenta, novas veniat qua succus in herbas; 90  
 Seu durat magis, et venas adstringit hiantes:  
 Ne tenues pluvix, rapidive potentia solis  
 Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.  
 Multum adeo, rastris glebas qui frangit inertes,  
 55 Vimineasque trahit crates, juvat arva: neque illum 95  
 Flava Ceres alto nequidquam spectat Olympo;  
 Et qui, proscisso quæ suscitât æquore terga,  
 Rursus in obliquum verso perrumpit aratro,  
 60 Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis.  
 Humida solstitia atque hiemes orate serenas, 100  
 Agricolæ; hiberno lætissima pulvere farra,  
 Lætus ager; nullo tantum se Mysia cultu  
 Jactat, et ipsa suas mirantur Gargara messes.  
 Quid dicam, jacto qui semine comminus arva  
 65 Insequitur, cumulosque ruit male pinguis arenæ? 105  
 Deinde satis fluvium inducit rivosque sequentes,  
 Et quum exustus ager morientibus æstuat herbis,  
 Ecce supercilio clivosi tramitis undam  
 70 Elicit? illa cadens raucum per levia murmur  
 Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arva. 110  
 Quid, qui, ne gravidis procumbat culmus aristis,

Luxuriam segetum tenera depascit in herba,  
 Quum primum sulcos æquant sata ? quique paludis  
 Collectum humorem bibula deducit arena ?  
 Præsertim incertis si mensibus amnis abundans 115  
 Exit, et obducto late tenet omnia limo :  
 Unde cavæ tepido sudant humore lacunæ.  
 Nec tamen, hæc cum sint hominumque boumque  
 labores  
 Versando terram experti, nihil improbus anser,  
 Strymoniaëque grues, et amaris intuba fibris 120  
 Officiunt, aut umbra nocet. Pater ipse colendi  
 Haud facilem esse viam voluit, primusque per artem  
 Movit agros, curis acuens mortalia corda,  
 Nec torpere gravi passus sua regna veterno.  
 Ante Jovem nulli subigebant arva coloni ; 125  
 Ne signare quidem aut partiri limite campum  
 Fas erat ; in medium quærebant, ipsaque tellus  
 Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.  
 Ille malum virus serpentibus addidit atris,  
 Prædarique lupos jussit, pontumque moveri ; 130  
 Mellaque decussit foliis, ignemque removit,  
 Et passim rivis currentia vina repressit :  
 Ut varias usus meditandò extunderet artes  
 Paullatim, et sulcis frumenti quæreret herbam ;  
 Ut silicis venis abstrusum excuderet ignem. 135  
 Tunc alnos primum fluvii sensere cavatas,  
 Navita tum stellis numeros et nomina fecit,  
 Pleiadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arceton.  
 Tum laqueis captare feras et fallere visco  
 Inventum, et magnos canibus circumdare saltus ; 140  
 Atque alius lætum funda jam verberat amnem  
 Alta petens, pelagoque alius trahit humida lina.  
 Tum ferri rigor, atque argutæ lamina serræ ?  
 Nam primi cuneis scindebant fissile lignum ;  
 Tum variæ venere artes ; labor omnia vicit 145  
 Improbus et duris urguens in rebus egestas  
 Prima Ceres ferro mortales vertere terram  
 Instituit, cum jam glandes atque arbuta sacræ  
 Deficerent silvæ, et victum Dodona negaret.  
 Mox et frumentis labor additus, ut mala culmos 150  
 Esset robigo, segnisque horreret in arvis

- Carduus ; intereunt segetes ; subit aspera silva,  
Lappæque tribulique ; interque intentia culta  
Infelix lolium et steriles dominantur avenæ.  
115 Quod nisi et assiduis herbam insectabere rastris,  
Et sonitu terrebis aves, et ruris opaci  
Falce premes umbram, votisque vocaveris imbrem :  
Heu, magnum alterius frustra spectabis acervum ;  
Concussaque famem in silvis solabere quercu.  
120 Dicendum et, quæ sint duris agrestibus arma,  
Quis sine nec potuere seri nec surgere messes :  
Vomis et inflexi primum grave robur aratri,  
Tardaue Eleusinæ matris volventia plaustra,  
Tribulaque, traheæque, et iniquo pondere rastris ;  
125 Virgea præterea Celei vilisque supellex,  
Arbutæ crates et mystica vannus Iacchi.  
Omnia quæ multo antè memor provisã repones,  
Si te digna manet divini gloria ruris.  
Continuo in silvis magna vi flexa domatur  
In burim et curvi formam accipit ulmus aratri. 170  
Huic ab stirpe pedes temo protentus in octo,  
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso.  
Cæditur et tilia ante jugo levis, altaque fagus  
Stivæ, quæ currus a tergo torqueat imos ;  
Et suspensa focus explorat robora fumus. 175  
135 Possum multa tibi veterum præcepta referre,  
Ni refugis, tenuesque piget cognoscere curas.  
Area cum primis ingenti æquanda cylindro,  
Et vertenda manu, et creta solidanda tenaci,  
140 Ne subeant herbæ, neu pulvere victa fatiscat,  
Tum variæ illudant pestes ; sæpe exiguus mus  
Sub terris posuitque domos atque horrea fecit ;  
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ ;  
Inventusque cavis bufo, et quæ plurima terræ  
145 Monstra ferunt ; populatque ingentem farris acervum  
Curculio, atque inopi metuens formica senectæ.  
Contemplator item, cum se nux plurima silvis  
Induet in florem, et ramos curvabit olentes :  
Si superant fetus, pariter frumenta sequentur,  
150 Magnaque cum magno veniet tritura calore ;  
At si luxuria foliorum exuberat umbra :  
Nequidquam pingues palæa teret area culmos.

Semina vidi equidem multos medicare serentes,  
 Et nitro prius et nigra perfundere amurca :  
 Grandior ut fetus siliquis fallacibus esset, 195  
 Et, quamvis igni exiguo, properata maderent.  
 Vidi lecta diu et multo spectata labore  
 Degenerare tamen, ni vis humana quotannis  
 Maxima quæque manu legeret ; sic omnia fatis  
 In pejus ruere, ac retro sublapsa referri ; 200  
 Non aliter, quam qui adverso vix flumine lembum  
 Remigiis subigit, si brachia forte remisit,  
 Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.  
 Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis  
 Hædorumque dies servandi et lucidus Anguis, 205  
 Quam quibus in patriam ventosa per æquora vectis  
 Pontus et ostriferi fauces tentantur Abydi.  
 Libra die somnique pares ubi fecerit horas,  
 Et medium luci atque umbris jam dividit orbem ;  
 Exercete, viri, tauros, serite hordeæ campis 210  
 Usque sub extremum brumæ intractabilis imbrem ;  
 Nec non et lini segetem et Cereale papaver  
 Tempus humo tegere, et jamdudum incumbere aratris ;  
 Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.  
 Vere fabis satio ; tum te quoque, Medica, putres 215  
 Accipiunt sulci, et milio venit annua cura :  
 Candidus auratis aperit cum cornibus annum  
 Taurus, et adverso cedens Canis occidit astro.  
 At si triticeam in messem robustaque farra  
 Exercebis humum, solisque instabis aristis, 220  
 Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,  
 Gnosiaque ardentis decedat stella Coronæ,  
 Debita quam sulcis committas semina, quamque  
 Invitæ properes anni spem credere terræ.  
 Multi ante occasum Maiæ cœpere ; sed illos 225  
 Expectata seges vanis elusit aristis.  
 Si vero viciamque seres vilemque faselum,  
 Nec Pelusiæ curam adspernabere lentis :  
 Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes ;  
 Incipe, et ad medias sementem extende pruinæ. 230  
 Idcirco certis dimensum partibus orbem  
 Per duodena regit mundi Sol aureus astra.  
 Quinque tenent cælum zonæ : quarum una corusco

- Semper sole rubens, et torrida semper ab igni ;  
 Quam circum extremæ dextra lævaque trahuntur, 235  
 195 Cærulea glacie concretæ atque imbribus atris:  
 Has inter mediamque duæ mortalibus ægris  
 Munere concessæ divum; et via secta per ambas,  
 Obliquus qua se signorum verteret ordo.  
 200 Mundus, ut ad Scythiam Rhipæasque arduus arces  
 Consurgit, premitur Libyæ devexus in Austros.  
 Hic vertex nobis semper sublimis: at illum  
 Sub pedibus Styx atra videt Manesque profundi.  
 Maxumus hic flexu sinuoso elabitur Anguis  
 205 Circum perque duas in morem fluminis Arctos, 245  
 Arctos Oceani metuentes æquore tingui.  
 Illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox,  
 Semper et obtenta densantur nocte tenebræ;  
 Aut redit a nobis Aurora diemque reducit,  
 210 Nosque ubi primus equis Oriens adflavit anhelis, 250  
 Illic sera rubens accendit lumina Vesper.  
 Hinc tempestates dubio prædiscere cælo  
 Possumus, hinc messisque diem tempusque serendi;  
 Et quando infidum remis impellere marmor  
 Conveniat; quando armatas deducere classes; 255  
 215 Aut tempestivam silvis evertere pinum.  
 Nec frustra signorum obitus speculamur et ortus,  
 Temporibusque parem diversis quatuor annum.  
 Frigidus agricolam si quando continet imber,  
 220 Multa, forent quæ mox cælo properanda sereno, 260  
 Maturare datur: durum proculdit arator  
 Vomeris obtusi dentem; cavat arbore lintres;  
 Aut pecori signum aut numeros impressit acervis.  
 Exacuunt aliæ vallos furcasque bicornes,  
 225 Atque Amerina parant lentæ retinacula viti. 265  
 Nunc facilis rubea texatur fiscina virga;  
 Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.  
 Quippe etiam festis quædam exercere diebus  
 Fas et jura sinunt: rivos deducere nulla  
 230 Religio vetuit, segeti prætereundere sepem, 270  
 Insidias avibus moliri, incendere vepres,  
 Balantumque gregem fluvio mersare salubri.  
 Sæpe oleo tardi costas agitator aselli  
 Vilibus aut onerat pomis, lapidemque revertens  
 Incusum aut atræ massam picis urbe reportat. 275

- Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna  
 Felices operum: quintam fuge; pallidus Orcus  
 Eumenidesque satæ; tum partu Terra nefando  
 Cœumque Iapetumque creat, sævumque Typhœa,  
 Et conjuratos cœlum rescindere fratres. 280  
 Ter sunt conati imponere Pelio Ossam  
 Scilicet, atque Ossæ frondosum involvere Olympum;  
 Ter Pater exstructos disjecit fulmine montes.  
 Septuma post decumam felix, et ponere vitem,  
 Et pressos domitare boves, et licia telæ 285  
 Addere; nona fugæ melior, contraria furtis.  
 Multa adeo gelida melius se nocte dedere,  
 Aut cum sole novo terras irrorat Eous.  
 Nocte leves melius stipulæ, nocte arida prata  
 Tondentur; noctes lentus non deficit humor. 290  
 Et quidam seros hiberni ad luminis ignes  
 Pervigilat, ferroque faces inspicat acuto;  
 Interea longum cantu solata laborem  
 Arguto conjux percurrit pectine telas;  
 Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem, 295  
 Et foliis undam trepidi despumat aëni.  
 At rubicunda Ceres medio succiditur æstu,  
 Et medio tostas æstu terit area fruges.  
 Nudus ara, sere nudus: hiems ignava colono.  
 Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur, 300  
 Mutuaque inter se læti convivia curant.  
 Invitat genialis hiems, curasque resolvit:  
 Ceu pressæ cum jam portum tetigere carinæ,  
 Puppibus et læti nautæ imposuere coronas.  
 Sed tamen et quernas glandes tum stringere tempus 305  
 Et lauri baccas oleamque cruentaque myrta;  
 Tum gruibus pedicas et retia ponere cervis,  
 Auritosque sequi lepores; tum figere damas,  
 Stuppea torquentem Balearis verbera fundæ;  
 Quum nix alta jacet, glaciem quam flumina trudunt. 310  
 Quid tempestates auctumni et sidera dicam?  
 Atque, ubi jam breviorque dies et mollior æstas,  
 Quæ vigilanda viris? vel cum ruit imbriferum ver,  
 Spicea jam campis cum messis inhorruit, et cum  
 Frumenta in viridi stipula lactentia turgent? 315  
 Sæpe ego, cum flavis messorum induceret arvis

Agricola, et fragili jam stringeret hordea culmo,  
 Omnia ventorum concurrere prœlia vidi,  
 Quæ gravidam late segetem ab radicibus imis  
 Sublimem expulsam eruerent; ita turbine nigro 320  
 Ferret hiems culmumque levem stipulasque volantes.  
 Sæpe etiam immensum cœlo venit agmen aquarum,  
 Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris  
 Collectæ ex alto nubes; ruit arduus æther,  
 Et pluvia ingenti sata læta boumque labores 325  
 Diluit; implentur fossæ, et cava flumina crescunt  
 Cum sonitu, fervetque fretis spirantibus æquor.  
 Ipse Pater media nimborum in nocte corusca  
 Fulmina molitur dextra: quo maxuma motu  
 Terra tremit, fugere feræ, et mortalia corda 330  
 Per gentes humiles stravit pavor: ille flagranti  
 Aut Athon, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo  
 Dejicit; ingeminant austri et densissimus imber;  
 Nunc remora ingenti vento, nunc litora plangunt.  
 Hoc metuens, cœli menses et sidera serva; 335  
 Frigida Saturni sese quo stella receptet,  
 Quos ignis cœlo Cyllenius erret in orbes.  
 Imprimis venerare deos, atque annua magnæ  
 Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,  
 Extremæ sub casum hiemis, jam vere sereno. 340  
 Tum pingues agni et tum mollissima vina;  
 Tum somni dulces densæque in montibus umbræ.  
 Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret,  
 Cui tu lacte favos et miti dilue Baccho:  
 Terque novas circum felix eat hostia fruges, 345  
 Omnis quam chorus et socii comitentur ovantes,  
 Et Cererem clamore vocent in tecta. Neque ante  
 Falcem maturis quisquam supponat aristis,  
 Quam Cereri, torta redimitus tempora quercu,  
 Det motus incompositos, et carmina dicat. 350  
 Atque hæc ut certis possemus discere signis,  
 Æstusque pluviasque et agentes frigora ventos,  
 Ipse Pater statuit, quid menstrua Luna moneret;  
 Quo signo caderent austri; quid sæpe videntes  
 Agricola propius stabulis armenta tenerent. 355  
 Continuo, ventis surgentibus, aut freta ponti  
 Incipiunt agitata tumescere, et aridus altis

Montibus audiri fragor; aut resonantia longe  
 Litora misceri, et nemorum increbrescere murmur.  
 Jam sibi tum a curvis male temperat unda carinis, 360  
 Cum medio celeres revolant ex æquore mergi,  
 Clamoremque ferunt ad litora, cumque marinæ  
 In sicco ludunt fulicæ, notasque paludes  
 Deserit atque altam supra volat ardea nubem.  
 Sæpe etiam stellas, vento impendente, videbis 365  
 Præcipientes cœlo labi, noctisque per umbram  
 Flammarum longos a tergo albescere tractus;  
 Sæpe levem paleam et frondes volitare caducas,  
 Aut summa nantes in aqua colludere plumas.  
 At Boreæ de parte trucis cum fulminat, et cum 370  
 Eurique Zephyrique tonat domus; omnia plenis  
 Rura natant fossis, atque omnis navita ponto  
 Humida vela legit. Numquam imprudentibus imber  
 Obfuit: aut illum surgentem vallibus inuis  
 Aëriæ fugere grues; aut bucula cœlum 375  
 Suspiciens patulis captavit naribus auras;  
 Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo;  
 Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.  
 Sæpius et tectis penetralibus extulit ova  
 Angustum formica terens iter; et bibit ingens 380  
 Arcus; et e pastu decedens agmine magno  
 Corvorum increpuit densis exercitus alis.  
 Jam variæ pelagi volucres, et quæ Asia circum  
 Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,  
 Certatim largos humeris infundere rores, 385  
 Nunc caput objectare fretis, nunc currere in undas,  
 Et studio incassum videas gestire lavandi.  
 Tum cornix plena pluviam vocat improba voce,  
 Et sola in sicca secum spatiat arena.  
 Ne nocturna quidem carpentes pensa puellæ 390  
 Nescivere hiemem, testa cum ardente viderent  
 Scintillare oleum, et putres concrecere fungos.  
 Nec minus ex imbri soles et aperta serena  
 Prospicere et certis poteris cognoscere signis.  
 Nam neque tum stellis acies obtusa videtur, 395  
 Nec fratris radiis obnoxia surgere Luna,  
 Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri;  
 Non tepidum ad solem pennas in litore pandunt

- Dilectæ Thetidi alcyones; non ore solutos  
 Immundi meminere sues jactare maniplos. 400  
 At nebulae magis ima petunt campoque recumbunt;  
 Solis et occasum servans de culmine summo  
 Nequidquam seros exercet noctua cantus.  
 Apparet liquido sublimis in aëre Nisus,  
 Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo:  
 365 Quacumque illa levem fugiens secat æthera pennis, 405  
 Ecce inimicus, atrox, magno stridore per auras  
 Insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras,  
 Illa levem fugiens raptim secat æthera pennis.  
 Tum liquidas corvi presso ter gutture voces 410  
 370 Aut quater ingeminant; et sæpe cubilibus altis,  
 Nescio qua præter solitum dulcedine læti,  
 Inter se in foliis strepitant; juvat, imbribus actis,  
 Progeniem parvam dulcesque revisere nidos;  
 Haud equidem credo, quia sit divinitus illis 415  
 375 Ingenium, aut rerum fato prudentia major;  
 Verum, ubi tempestas et cœli mobilis humor  
 Mutavere vias, et Jupiter uvidus austris  
 Densat, erant quæ rara modo, et, quæ densa, relaxat;  
 380 Vertuntur species animorum, et pectora motus 420  
 Nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat,  
 Concipiunt: hinc ille avium concentus in agris,  
 Et lætæ pecudes, et ovantes gutture corvi.  
 Si vero solem ad rapidum lunasque sequentes  
 385 Ordine respicias, nunquam te crastina fallat 425  
 Hora, neque insidiis noctis capiere serenæ.  
 Luna, revertentes cum primum colligit ignes,  
 Si nigrum obscuro comprehenderit aëra cornu,  
 Maxumus agricolis pelagoque parabitur imber.  
 At si virgineum suffuderit ore ruborem, 430  
 390 Ventus erit; vento semper rubet aurea Phœbe.  
 Sin ortu quarto—namque is certissimus auctor—  
 Pura, neque obtusis per cœlum cornibus ibit;  
 Totus et ille dies, et qui nascentur ab illo  
 Exactum ad mensem, pluvia ventisque carebunt; 435  
 395 Votaque servati solvent in litore nautæ  
 Glauco et Panopeæ et Inoo Melicertæ.  
 Sol quoque, et exoriens, et cum se condet in undas,  
 Signa dabit; solem certissima signa sequuntur,

Et quæ mane refert, et quæ surgentibus astris. 440  
 Ille ubi nascentem maculis variaverit ortum,  
 Conditus in nubem, medioque refugerit orbe :  
 Suspecti tibi sint imbres ; namque urguet ab alto  
 Arboribusque satisque Notus pecorique sinister.  
 Aut ubi sub lucem densa inter nubilia sese 445  
 Diversi rumpent radii, aut ubi pallida surget  
 Tithoni croceum linquens Aurora cubile ;  
 Heu, male tum mitis defendet pampinus uvas  
 Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.  
 Hoc etiam, emenso cum jam decedit Olympo, 450  
 Profuerit meminisse magis ; nam sæpe videmus  
 Ipsius in vultu varios errare colores ;  
 Cæruleus pluviam denuntiat, igneus Euros ;  
 Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni,  
 Omnia tum pariter vento nimbisque videbis 455  
 Fervere. Non illa quisquam me nocte per altum  
 Ire, neque ab terra moneat convellere funem.  
 At si, cum referetque diem, condetque relatum,  
 Lucidus orbis erit, frustra terreberè nimbis,  
 Et claro silvas cernes aquilone moveri. 460  
 Denique, quid vesper serus vehat, unde serenas  
 Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster,  
 Sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum  
 Audeat ? Ille etiam cæcos instare tumultus  
 Sæpe monet, fraudemque et operta tumescere bella. 465  
 Ille etiam exstincto miseratus Cæsare Romam,  
 Cum caput obscura nitidum ferrugine textit,  
 Impiaque æternam timuerunt sæcula noctem.  
 Tempore quamquam ille tellus quoque et æquora ponti  
 Obscœnæque canes importunæque volucres 470  
 Signa dabant. Quoties Cycloperum effervere in agros  
 Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam,  
 Flammarumque globos liquefactaque volvere saxa !  
 Armorum sonitum toto Germania cœlo  
 Audiit ; insolitis tremuerunt motibus Alpes. 475  
 Vox quoque per lucos vulgo exaudita silentes  
 Ingens, et simulacra modis pallentia miris  
 Visa sub obscurum noctis, pecudesque locutæ ;  
 Infandum ! sistunt amnes, terræque dehiscunt,  
 Et mæstum illacrimat templis ebur, æraque sudant. 480

[Lib.

- 440 Proluit insano contorquens vortice silvas  
Fluviorum rex Eridanus, camposque per omnes  
Cum stabulis armenta tulit ; nec tempore eodem  
Tribus aut extis fibræ apparere minaces,  
Aut puteis manare cruor cessavit, et altæ 485  
445 Per noctem resonare lupis ululantibus urbes.  
Non alias cælo ceciderunt plura sereno  
Fulgura, nec diri toties arsere cometæ.  
Ergo inter sese paribus concurrere telis  
Romanas acies iterum videre Philippi ; 490  
o. 450 Nec fuit indignum Superis bis sanguine nostro  
Emathiam et latos Hæmi pinguescere campos.  
Scilicet et tempus veniet, cum finibus illis  
Agricola, incurvo terram molitus aratro,  
Exesa inveniet scabra robigine pila, 495  
455 Aut gravibus rastris galeas pulsabit inanes,  
Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulcris.  
Di patrii, Indigetes, et Romule, Vestaque mater,  
Quæ Tuscum Tiberim et Romana Palatia servas,  
Hunc saltem everso juvenem succurrere sæclo 500  
460 Ne prohibete! Satis jam pridem sanguine nostro  
Laomedontæ luimus perjuria Trojæ.  
Jam pridem nobis cæli te regia, Cæsar,  
Invidet; atque, hominum queritur curare triumphos ;  
Quippe ubi fas versum atque nefas, tot bella per orbem,  
Tam multæ scelerum facies ; non ullus aratro 505  
465 Dignus honos ; squalent abductis arva colonis,  
Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem.  
Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum ;  
Vicinæ ruptis inter se legibus urbes 510  
ponti 470 Arma ferunt ; sævit toto Mars impius orbe ;  
ros Ut, cum carceribus sese effudere quadrigæ,  
Addunt in spatia, et frustra retinacula tendens  
! Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

475

B

480

LIBRI SECUNDI ARGUMENTUM.

“*Propositio cum invocatione Bacchi (v. 1—8). De arborum imprimisque vitium et olearum cultura acturus, primo loco varios arborum proventus, alios a natura alios ab arte profectos, exponit. Aliæ arbores sponte nascuntur (9—21); aliæ arte parantur: et quidem avulsione (22, 23), infossione (24, 25), propagine (26, 27), surculo (28, 29), concisione (30, 31), insitione (32—34). Nunc edocturus, studium esse adhibendum et suam cuique arbori pro generis et soli naturæ culturam, Mæcenatis propitiâ voluntatem implorat (35—46). Arbores, quæ sponte proveniunt, cultu ea adari possunt (47—56); quæ satù nascuntur, feliciora habent incrementa transplantatione aliisque artificialis culturæ generibus (57—72); imprimis inoculatione et insitione propriè dicta (73—82). Deligendæ quoque arborum ejusdem generis species præstantiores (83—108). Cælum præterea naturæ cujusque arboris idoneum est circumspiciendam; nam magna in hoc est varietas (109—135). Sic aditum sibi parat ad laudes Italiæ, omnium rerum proventu felicissimæ (136—176). Denique soli natura est exploranda, cui proventus generi illa conveniat (177—225); subjiciuntur criteria soli cognoscendi et judicandi (226—258), et viæ ac rationes soli tractandi et naturæ ejus emendandæ; hinc ipsa cultura quum omnino arborum, tum in primis vitium. Primum enim docetur, quæ in plantatione observanda sint (259—314), simul de tempore plantationis faciendæ (315—345), de cura post illam adhibenda, inque hac de plantatione (362—370), et de avertendis iis, quæ nocere possint novellis arboribus (371—379; quumque in his caper sit, excurrit in morem mactandi hirci in sacro Bacchi (380—396). In vitibus tamen imprimis assidua est cura per totum annum adhibenda (397—419.) Minus operosa est olearum cultura (420—425), et pomorum (426—428); exigua aut omnino nulla arborum sativarum (429—457). Inde excursus in laudes vitæ rusticæ, pars carminis felicissima (458—542.)” H.*

H  
N  
V  
H  
M  
F  
H  
T  
  
N  
S  
C  
P  
P  
C  
A  
P  
U  
P  
H  
S  
  
H  
D  
Q  
S  
E  
N  
H  
Q  
T  
E  
V  
F

LIBER SECUNDUS.

HACTENUS arborum cultus et sidera cœli;  
 Nunc te, Bacche, canam, nec non silvestria tecum  
 Virgulta, et prolem tarde crescentis olivæ.  
 Huc, pater o Lenæe; tuis hic omnia plena  
 Muneribus; tibi pampineo gravidus auctumno 5  
 Floret ager, spumat plenis vindemia labris;  
 Huc, pater o Lenæe, veni, nudataque musto  
 Tingue novo mecum dereptis crura cothurnis.  
 Principio arboribus varia est natura creandis.  
 Namque aliæ, nullis hominum cogentibus, ipsæ 10  
 Sponte sua veniunt, camposque et flumina late  
 Curva tenent, ut molle siler lentæque genestæ,  
 Populus et glauca canentia fronde salicta;  
 Pars autem posito surgunt de semine, ut altæ  
 Castanæe, nemorumque Jovi quæ maxuma frondet 15  
 Æsculus, atque habitæ Graiis oracula quercus.  
 Pullulat ab radice aliis densissima silva,  
 Ut, cerasis ulmisque; etiam Parnasia laurus  
 Parva sub ingenti matris se subjicit umbra.  
 Hos natura modos primum dedit; his genus omne 20  
 Silvarum fruticumque viret nemorumque sacrorum.  
 Sunt alii, quos ipse via sibi reperit usus.  
 Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum  
 Deposuit sulcis; hic stirpes obruit arvo  
 Quæ rivasque sudes et acuto robore vallos; 25  
 Silvarumque aliæ pressos propaginis arcus  
 Exspectant et viva sua plantaria terra;  
 Nil radiceis egent aliæ, summumque putator  
 Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.  
 Quin et caudicibus sectis—mirabile dictu!— 30  
 Truditur e sicco radix oleagina ligno;  
 Et sæpe alterius ramos impune videmus  
 Vertere in alterius, mutatamque insita mala  
 Ferre pirum, et prunis lapsa rubescere corna.

Quare agite, o, proprios generatim discite cultus, 35  
 Agricolæ, fructusque feros mollite colendo;  
 Neu segnes jaceant terræ. Juvat Ismara Baccho  
 Conserere, atque olea, magnum vestire Taburnum.  
 Tuque ades, inceptumque una decurre laborem,  
 O decus, o famæ merito pars maxuma nostræ, 40  
 Mæccenas, pelagoque volans da vela patenti.  
 Non ego cuncta meis amplecti versibus opto,  
 Non, mihi si linguæ centum sint oraque centum,  
 Ferrea vox; ades, et primi lege litoris oram;  
 In manibus terræ; non hic te carmine ficto 45  
 Atque per ambages et longa exorsa tenebo.  
 Sponte sua quæ se tollunt in luminis oras,  
 Infecunda quidem, sed læta et fortia surgunt;  
 Quippe solo natura subest. Tamen hæc quoque, si quis  
 Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis, 50  
 Exuerint silvestrem animum, cultuque frequenti  
 In quascumque voces artès haud tarda sequentur.  
 Nec non et sterilis, quæ stirpibus exit ab imis,  
 Hoc faciet, vacuos si sit digesta per agros:  
 Nunc altæ frondes et rami matris opacant, 55  
 Crescentique adimunt fetus, uruntque ferentem.  
 Jam, quæ seminibus jactis se sustulit arbos,  
 Tarda venit seris factura nepotibus umbram;  
 Pomaque degenerant, succos oblita priores;  
 Et turpes avibus prædam fert uva racemos. 60  
 Scilicet omnibus est labor impendendus, et omnes  
 Cogendæ in sulcum ac multa mercede domandæ;  
 Sed truncis oleæ melius, propagine vites  
 Respondent, solido Paphiæ de robore myrtus;  
 Plantis et duræ coruli nascuntur, et ingens 65  
 Fraxinus, Herculeæque arbos umbrosa coronæ,  
 Chaonique patris glandes; etiam ardua palma  
 Nascitur, et casus abies visura marinos.  
 Inseritur vero et nucis arbutus horrida fetu;  
 Et steriles platani malos gessere valentes; 70  
 Castanæ fagus, ornusque incanuit albo  
 Flore piri, glandemque succo fregere sub ulmis.  
 Nec modus inserere atque oculos imponere simplex.  
 Nam, qua se medio trudunt de cortice gemmæ,  
 Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso 75

us, 35

o  
i.

Fit nodo sinus; huc aliena ex arbore germen  
 Includunt, udoque docent inolescere libro.  
 Aut rursum enodes trunci reseantur, et alte  
 Finditur in solidum cuneis via; deinde feraces  
 Plantæ immittuntur; nec longum tempus, et ingens 80  
 Exiit ad cælum ramis felicibus arbos,  
 Miraturque novas frondes et non sua poma.

Præterea genus haud unum, nec fortibus ulmis,  
 Nec salici lotoque, neque Idæis cyparissis;  
 Nec pingues unam in faciem nascuntur olivæ, 85

Orchades, et radii, et amara pausia bacca;  
 Pomaque et Alcinoi silvæ; nec surculus idem  
 Crustumis Syriisque piris gravibusque volemis.

i quis

Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,  
 Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos. 90

Sunt Thasiæ vites, sunt et Mareotides albæ,  
 Pinguibus hæ terris habiles, levioribus illæ;  
 Et passo Psithia utilior, tenuisque Lageos,

Tentatura pedes olim vincturaque linguam;  
 Purpureæ, præciæque; et quo te carmine dicam, 95

Rhætica? nec cellis ideo contende Falernis.  
 Sunt et Aminææ vites; firmissima vina,

Tmolius adsurgit quibus et rex ipse Phanæus;  
 Argitisque minor, cui non certaverit ulla  
 Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos. 100

Non ego te, dis et mensis accepta secundis,  
 Transierim, Rhodia, et tumidis, Bumaste, racemis.

Sed neque, quam multæ species, nec, nomina quæ sint,  
 Est numerus; neque enim numero comprehendere refert;  
 Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem 105

Discere quam multæ Zephyro turbentur arenæ;  
 Aut, ubi navigiis violentior incidit Eurus,  
 Nosse, quot Ionii veniant ad litora fluctus.

Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt.  
 Fluminibus salices, crassisque paludibus alni 110

Nascuntur, steriles saxosis montibus orni;  
 Litora myrtetis lætissima; denique apertos  
 Bacchus amat colles, Aquilonem et frigora taxi.

Adspice et extremis domitum cultoribus orbem,  
 Eoasque domos Arabum pictosque Gelonos; 115

Divisæ arboribus patriæ: sola India nigrum

plex.

75

Fert ebum; solis est turea virga Sabæis.  
 Quid tibi odorato referam sudantia ligno  
 Balsamaque et baccas semper frondentis acanthi?  
 Quid nemora Æthiopum, molli canentia lana, 120  
 Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres?  
 Aut quos Oceano propior gerit India lucos,  
 Extremi sinus orbis, ubi aëra vincere summum  
 Arboris haud ullæ jactu potuere sagittæ?—  
 Et gens illa quidem sumtis non tarda pharetris.— 125  
 Media fert tristes succos tardumque saporem  
 Felicis mali; quo non præsentius ullum,  
 Pocula si quando sævæ infecere novercæ,  
 Miscueruntque herbas et non innoxia verba,  
 Auxilium venit, ac membris agit atra venena. 130  
 Ipsa ingens arbos faciemque simillima lauro;  
 Et, si non alium late jactaret odorem,  
 Laurus erat; folia haud ullis labentia ventis;  
 Flos ad prima tenax; animas et olentia Medi  
 Ora foveat illo, et senibus medicantur anhelis. 135  
 Sed neque Medorum silvæ ditissima terra,  
 Nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus  
 Laudibus Italiæ certent; non Bactra, neque Indi,  
 Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis.  
 Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem 140  
 Invertere satis immanis dentibus hydri,  
 Nec galeis densisque virum seges horruit hastis;  
 Sed gravidæ fruges et Bacchi Massicus humor  
 Implevere; tenent oleæ armenta que læta.  
 Hinc bellator equus campo sese arduus infert; 145  
 Hinc albi, Clitumne, greges, et maxuma taurus  
 Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro,  
 Romanos ad templâ deum duxere triumphos.  
 Hic ver assiduum atque alienis mensibus æstas;  
 Bis gravidæ pecudes, bis pomis utilis arbos. 150  
 At rabidæ tigres absunt et sæva leonum  
 Semina: nec miseros fallunt aconita legentes;  
 Nec rapit immensos orbis per lumum, neque tanto  
 Squameus in spiram tractu se colligit anguis.  
 Adde tot egregias urbes operumque laborem, 155  
 Tot congesta manu præruptis oppida saxis,  
 Fluminaque antiquos subterlabentia muros.

An mare, quod supra, memorem, quodque adluit infra?  
 Anne lacus tantos? te, Lari maxume, teque,  
 Fluctibus et fremitu adsurgens, Benace, marino? 160  
 An memorem portus Lucrinoque addita claustra,  
 Atque indignatum magnis stridoribus æquor,  
 Julia qua ponto longe sonat unda refuso,  
 Tyrrhenusque fretis immittitur æstus Avernis?  
 Hæc eadem argenti rivos ærisque metalla 165  
 Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.  
 Hæc genus acre virum, Marsos pubemque Sabellam,  
 Adsuetumque malo Ligurem Volscosque verutos  
 Extulit; hæc Decios, Marios magnosque Camillos,  
 Scipiadas duros bello, et te, maxume Cæsar, 170  
 Qui nunc extremis Asiæ jam victor in oris  
 Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.  
 Salve, magna parens virum, Saturnia tellus,  
 Magna virum; tibi res antiquæ laudis et artis  
 Ingredior, sanctos ausus recludere fontes, 175  
 Ascræuinque cano Romana per oppida carmen.  
 Nunc locus arborum ingeniis; quæ robora cuique,  
 Quis color, et quæ sit rebus natura ferendis.  
 Difficiles primum terræ collesque maligni,  
 Tenuis ubi argilla et dumosis calculus arvis, 180  
 Palladia gaudent silva vivacis olivæ.  
 Indicio est tractu surgens oleaster eodem  
 Plurimus, et strati baccis silvestribus agri.  
 At quæ pinguis humus dulci que uligine læta,  
 Quique frequens herbis et fertilis ubere campus; 185  
 Qualem sæpe cava montis convalle solemus  
 Despicerere; huc summis liquuntur rupibus amnes,  
 Felicemque trahunt limbum —, quique editus Austro,  
 Et filicem curvis invisam pascit aratris;  
 Hic tibi prævalidas olim multoque fluentes 190  
 Sufficiet Baccho vites: hic fertilis uvæ,  
 Hic laticis, qualem pateris libamus et auro,  
 Inflavit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,  
 Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.  
 Sin armenta magis studium vitulosque tueri, 195  
 Aut fetus ovium, aut urentes culta capellas;  
 Saltus et saturi petito longinqua Tarenti,  
 Et qualem infelix amisit Mantua campum,

Pascentem niveos herboso flumine cyenos ;  
 Non liquidi gregibus fontes, non gramina deerunt ; 200  
 Et, quantum longis carpent armenta diebus,  
 Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.  
 Nigra fere et presso pinguis sub vomere terra,  
 Et cui putre solum—namque hoc imitamur arando,—  
 Optuma frumentis ; non ullo ex æquore cernes 205  
 Plura domum tardis decedere plaustra juvencis :  
 Aut unde iratus silvam devexit arator,  
 Et nemora evertit multos ignava per annos,  
 Antiquasque domos avium cum stirpibus imis  
 Eruit : illæ altum nidis petiere relictis ; 210  
 At rudis enituit impulso vomere campus.  
 Nam jejuna quidem clivosi glarea ruris  
 Vix humiles apibus casias roremque ministrat ;  
 Et tophus scaber et nigris exesa chelydris  
 Creta negant alios æque serpentibus agros 215  
 Dulcem ferre cibum et curvas præbere latebras.  
 Quæ tenuem exhalat nebulam fumosque volucres,  
 Et bibit humorem et, cum vult, ex se ipsa remittit ;  
 Quæque suo semper viridi se gramine vestit,  
 Nec scabie et salsa lædit robigine ferrum : 220  
 Illa tibi lætis intextet vitibus ulmos ;  
 Illa ferax oleo est ; illam experiere colendo  
 Et facilem pecori et patientem vomeris unci.  
 Talem dives arat Capua et vicina Vesevo  
 Ora jugo et vacuis Clanius non æquus Acerris. 225  
 Nunc, quo quamque modo possis cognoscere, dicam.  
 Rara sit an supra morem si densa requiras—  
 Altera frumentis quoniam favet, altera Baccho,  
 Densa magis Cereri, rarissima quæque Lyæo—  
 Ante locum capies oculis, antequæ jubebis 230  
 In solido puteum demitti, omnemque repones  
 Rursus humum, et pedibus summas æquabis arenas.  
 Si deerunt, rarum pecorique et vitibus almis  
 Aptius uber erit ; sin in sua posse negabunt  
 Ire loca, et scrobibus superabit terra repletis, 235  
 Spissus ager ; glebas cunctantes crassaque terga  
 Exspecta, et validis terram proscinde juvencis.  
 Salsa autem tellus et quæ perhibetur amara,  
 Frugibus infelix,—ea nec mansuescit arando,

200

Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina servat—240

Tale dabit specimen: tu spisso vimine qualos

Colaue prælorum fumosis deripe tectis;

Huc ager ille malus dulcesque a fontibus undæ

Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis

Scilicet, et grandes ibunt per vimina guttæ; 245

At sapor indicium faciet, manifestus et ora

Tristia teutantum sensu torquebit amaror.

Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto

Discimus: haud umquam manibus jactata fatiscit,

Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. 250

210

Humida majores herbas alit; ipsaque justo

Lætior. Ah nimium ne sit mihi fertilis illa,

Neu se prævalidam primis ostendat aristis!

Quæ gravis est, ipso tacitam se pondere prodit,

Quæque levis. Promptum est oculis prædiscere nigram, 255

215

Et quis cui color. At sceleratum exquirere frigus

Difficile est; piceæ tantum taxique nocentes

Interdum, aut bederæ pandunt vestigia nigra.

His animadversis, terram multo ante memento

220

Excoquere, et magnos scrobibus concidere montes, 260

Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas,

Quam lætum infodias vitis genus. Optuma putri

Arva solo; id venti curant gelidæque pruinae,

Et labefacta movens robustus jugera fossor.

At si quos haud ulla viros vigilantia fugit, 265

225

Ante locum similem exquirunt, ubi prima paretur

um.

Arboribus seges, et quo mox digesta feratur,

Mutatam ignorent subito ne semina matrem.

Quin etiam cœli regionem in cortice signant,

230

Ut, quo quæque modo steterit, qua parte calores 270

Austrinos tulerit, quæ terga obverterit axi,

Restituant. Adeo in teneris consuescere multum est.

Collibus, an plano melius sit ponere vitem,

Quære prius. Si pinguis agros metabere campi,

235

Densa sere, in denso non segnior ubere Bacchus; 275

Sin tumulis adclive solum collesque supinos,

Indulge ordinibus, nec secius omnis in unguem

Arboribus positis secto via limite quadret.

Ut sæpe ingenti beilo cum longa cohortes

Explicuit legio, et campo stetit agmen aperto, 280

Directæque acies, ac late fluctuat omnis  
 Ære rendenti tellus, nec dum horrida miscent  
 Prælia, sed dubius mediis Mars errat in armis:  
 Omnia sint paribus numeris dimensa viarum;  
 Non animum modo uti pascat prospectus inanem, 285  
 Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas  
 Terra, neque in vacuum poterunt se extendere rami.

Forsitan et, scrobibus quæ sint fastigia, quæras.  
 Ausim vel tenui vitem committere sulco;  
 Altior ac penitus terræ defigitur arbos; 290  
 Æsculus in primis, quæ, quantum vertice ad auras  
 Ætherias, tantum radice in Tartara tendit.

Ergo non hiemes illam, non flabra neque imbres  
 Convellunt; immota manet, multosque nepotes,  
 Multa virum volvens durando sæcula vincit; 295  
 Tum fortes late ramos et brachia tendens  
 Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbram.

Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem;  
 Neve inter vites corulum sere; neve flagella  
 Summa pete, aut summa defringe ex arbore plantas: 300  
 Tantus amor terræ; neu ferro læde retuso

Semina; neve oleæ silvestres insere truncos:  
 Nam sæpe incautis pastoribus excidit ignis,  
 Qui, furtim pingui primum sub cortice tectus,  
 Robora comprehendit, frondesque elapsus in altas 305  
 Ingentem cœlo sonitum dedit; inde secutus

Per ramos victor perque alta cacumina regnat,  
 Et totum involvit flammis nemus, et ruit atram  
 Ad cœlum picea crassus caligine nubem;  
 Præsertim si tempestas a vertice silvis 310  
 Incubuit, glomeratque ferens incendia ventus.

Hoc ubi, non a stirpe valent cæsæque reverti  
 Possunt atque ima similes revirescere terra;  
 Infelix superat foliis oleaster amaris.

Nectibi tam prudens quisquam persuadeat auctor 315  
 Tellurem Borea rigidam spirante movere.  
 Rura gelu tum claudit hiems; nec semine jacto  
 Concretam patitur radicem adfigere terræ.  
 Optuma vinetis satio, cum vere rubenti  
 Candida venit avis longis invisâ cœlubris; 320  
 Prima vel auctumni sub frigora, cum rapidus Sol

Nondum hiemem contingit equis, jam præterit æstas.  
 Ver adeo frondi nemorū, ver utile silvis;  
 Vere tument terræ et genitalia semina poscunt.  
 Tum pater omnipotens fecundis imbribus Æther 325  
 Conjugis in gremium lætæ descendit, et omnes  
 Magnus alit, magno commixtus corpore, fetus.  
 Avia tum resonant avibus virgulta canoris,  
 Et Venerem certis repetunt armenta diebus:  
 Parturit almus ager, Zephyrique tepentibus auris 330  
 Laxant arva sinus; superat tener omnibus humor:  
 Inque novos soles audent se germina tuto  
 Credere; nec metuit surgentes pampinus Austros,  
 Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem,  
 Sed trudit gemmas, et frondes explicat omnes. 335  
 Non alios prima crescentis origine mundi  
 Illuxisse dies aliumve habuisse tenorem  
 Crediderim; ver illud erat; ver magnus agebat  
 Orbis, et hibernis parcebant flatibus Euri,  
 Cum primæ lucem pecudes hausere, virumque 340  
 Terrea progenies duris caput extudit arvis,  
 Immissæque feræ silvis et sidera cœlo.  
 Nec res hunc teneræ possent perferre laborem,  
 Si non tanta quies iret frigusque caloremque  
 Inter, et exciperet cœli indulgentia terras. 345  
 Quod superest, quæcumque præmes virgulta per agros,  
 Sparge fimo pingui, et multa memor occule terra;  
 Aut lapidem bibulum, aut squalentes infode conchas;  
 Inter enim labentur aquæ, tenuisque subibit  
 Halitus, atque animos tollent sata. Jamque reperti, 350  
 Qui saxo super atque ingentis pondere testæ  
 Urguerent; hoc effusos munimen ad imbres,  
 Hoc, ubi hiulca siti findit canis æstifer arva.  
 Seminibus positis, superest diducere terram  
 Sæpius ad capita, et duros jactare bidentes, 355  
 Aut presso exercere solum sub vomere et ipsa  
 Flectere luctantes inter vineta juvencos:  
 Tum leves calamos et rasæ hastilia virgæ  
 Fraxineasque aptare sudas furcasque valentes,  
 Viribus eniti quarum et contemnere ventos 360  
 Adsuescant, summasque sequi tabulata per ulmos.

Ac, dum prima novis adolescit frondibus ætas,  
 Parcendum teneris; et, dum se lætus ad auras  
 Palmes agit, laxis per purum immissus habenis,  
 Ipsa acie nondum falcis tentanda, sed uncis 365  
 Carpendæ manibus frondes interque legendæ.  
 Inde ubi jam validis amplexæ stirpibus ulmos  
 Exierint, tum stringe comas, tum brachia tonde:  
 Ante reformidant ferrum; tum denique dura  
 Exerce imperia, et ramos comesce fluentes. 370  
 Textendæ sepes etiam, et pecus omne tenendum;  
 Præcipue dum frons tenera imprudensque laborum;  
 Cui, super indignas hiemes solemque potentem,  
 Silvestres uri adsidue capræque sequaces  
 Illudunt, pascuntur oves avidæque juvencæ. 375  
 Frigora nec tantum cana concreta pruina,  
 Aut gravis incumbens scopulis arentibus æstas,  
 Quantum illi nocuere greges durique venerum  
 Dentis et admorso signata in stirpe cicatrix.  
 Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris 380  
 Cæditur, et veteres ineunt proscenia ludi,  
 Præmiaque ingeniis pagos et compita circum  
 Thesidæ posuere, atque inter pocula læti  
 Mollibus in pratis unctos saluere per utres.  
 Nec non Ausonii, Troja gens missa, coloni 385  
 Versibus incomtis ludunt risuque soluto,  
 Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis;  
 Et te, Bacche, vocant per carmina læta, tibi que  
 Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.  
 Hinc omnis largo pubescit vinea fetu; 390  
 Complentur vallesque cavæ saltusque profundi,  
 Et quocumque deus circum caput egit honestum.  
 Ergo rite suum Baccho dicemus honorem  
 Carminibus patriis, lancesque et liba feremus,  
 Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram, 395  
 Pinguiæque in veribus torrebimus exta columnis.  
 Est etiam ille labor curandis vitibus alter,  
 Cui nunquam exhausti satis est; namque omne quo-  
 tannis  
 Terque quaterque solum scindendum, glebaque versis  
 Æternum frangenda bidentibus; omne levandum 400  
 Fronde nemus; redit agricolis labor actus in orbem,

Atq  
 Ac j  
 Frig  
 Jam  
 Rust  
 Pers  
 Prin  
 Sarr  
 Post  
 Bis  
 Dur  
 Exig  
 Vim  
 Cæd  
 Jam  
 Jam  
 Solli  
 Et j  
 C  
 Proc  
 Cum  
 Ipsa  
 Suffi  
 Hoc  
 P  
 Et v  
 Vi p  
 Nec  
 Sang  
 Ton  
 Pasc  
 Et d  
 Quic  
 Aut  
 Suffi  
 Et j  
 Nar  
 Non  
 Ipsæ  
 Quar  
 Dan

- Atque in se sua per vestigia volvitur annus.  
 Ac jam olim, seras posuit cum vinea frondes,  
 Frigidus et silvis Aquilo decussit honorem ;  
 365 Jam tum acer curas venientem extendit in annum 405  
 Rusticus, et curvo Saturni dente relictam  
 Persequitur vitem adtondens, fingitque putando.  
 Primus humum fodito, primus devecta cremato  
 Sarmenta, et vallos primus sub tecta referto;  
 370 Postremus metito. Bis vitibus ingruit umbra; 410  
 Bis segetem densis obducunt sentibus herbæ:  
 Durus uterque labor. Laudato ingentia rura,  
 Exiguum colito. Nec non etiam aspera rusci  
 375 Vimina per silvam et ripis fluvialis arundo  
 Cæditur, incultique exercet cura salicti. 415  
 Jam vinctæ vites, jam falcem arbusta reponunt,  
 Jam canit effectos extremus vinitor antes;  
 Sollicitanda tamen tellus, pulvisque movendus;  
 380 Et jam maturis metuendus Jupiter uvis. 420  
 Contra non ulla est oleis cultura, neque illæ  
 Procurvam expectant falcem rastrosque tenaces,  
 Cum semel hæserunt arvis, aurasque tulerunt.  
 Ipsa satis tellus, cum dente recluditur unco,  
 385 Sufficit humorem, et gravidas, cum vomere, fruges.  
 Hoc pinguem et placitam Paci nutritor olivam. 425  
 Poma quoque, ut primum truncos sensere valentes,  
 Et vires habuere suas, ad sidera raptim  
 Vi propria nituntur, opisque haud indiga nostræ.  
 Nec minus interea fetu nemus omne gravescit,  
 390 Sanguineisque inculta rubent aviaria baccis. 430  
 Tondentur cytisi, tædas silva alta ministrat,  
 Pascunturque ignes nocturni et lumina fundunt.  
 Et dubitant homines serere atque impendere curam?  
 395 Quid majora sequar?—Salces humilesque genestæ,  
 Aut illæ pecori frondem, aut pastoribus umbras 435  
 Sufficiunt, sepemque satis, et pabula melli.—  
 Et juvat undantem buxo spectare Cytorum,  
 Naryciæque picis lucos; juvat arva videre  
 Non rastris, hominum non ulli obnoxia curæ.  
 400 Ipsæ Caucasio steriles in vertice silvæ, 440  
 Quas animosi Euri assidue franguntque feruntque,  
 Dant alios aliæ fetus; dant utile lignum.

Navigiis pinos, domibus cedrumque cupressosque.  
 Hinc radios trivere rotis, hinc tympana plaustris  
 Agricolæ, et pandas ratibus posuere carinas. 445  
 Viminibus salices fecundæ, frondibus ulmi;  
 At myrtus validis hastilibus et bona bello  
 Cornus; Ituræos taxi torquentur in arcus:  
 Nec tiliæ leves aut torno rasile buxum  
 Non formam accipiunt, ferroque cavantur acuto; 450  
 Nec non et torrentem undam levis innatat alnus,  
 Missa Pado; nec non et apes examina condunt  
 Corticibusque cavis vitiosæque ilicis alveo.  
 Quid memorandum æque Baccheia dona tulerunt?  
 Bacchus et ad culpam causas dedit; ille furentes 455  
 Centauros leto domuit, Rhætumque Pholumque  
 Et magno Hylæum Lapithis cratera minantem.  
 O fortunatos nimium, sua si bona norint,  
 Agricolas! quibus ipsa, procul discordibus armis,  
 Fundit humo facilem victum justissima tellus. 460  
 Si non ingentem foribus domus alta superbis  
 Mane salutantum totis vomit ædibus undam;  
 Nec varios inhiant pulchra testudine postes  
 Illasque auro vestes Ephyreiaque æra;  
 Alba neque Assyrio fucatur lana veneno, 465  
 Nec casia liquidi corrumpitur usus olivi:  
 At secura quies et nescia fallere vita,  
 Dives opum variarum; at latis otia fundis,  
 Speluncæ vivique lacus; at frigida Tempe  
 Mugitusque boum mollesque sub arbore somni 470  
 Non absunt; illic saltus ac lustra ferarum  
 Et patiens operum exiguoque adsueta juvenus,  
 Sacra deum, sanctique patres; extrema per illos  
 Justitia excedens terris vestigia fecit.  
 Me vero primum dulces ante omnia Musæ, 475  
 Quarum sacra fero ingenti percussus amore,  
 Accipiant, cœlique vias et sidera monstrent,  
 Defectus solis varios lunæque labores;  
 Unde tremor terris; qua vi maria alta tumescant,  
 Objicibus ruptis, rursusque in se ipsa residant; 480  
 Quid tantum oceano properent se tinguere soles  
 Hiberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.  
 Sin, has ne possim naturæ accedere partes,

- Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis;  
 Rura mihi et rigui placeant in vallibus amnes, 485  
 445 Flumina amem silvasque inglorius. O, ubi campi  
 Spercheosque et virginibus bacchata Lacænis  
 Taygeta! o, qui me gelidis in vallibus Hæmi  
 Sistat, et ingenti ramorum protegat umbra!  
 450 Felix, qui petuit rerum cognoscere causas, 490  
 Atque metus omnes et inexorabile fatum  
 Subjecit pedibus strepitumque Acherontis avari!  
 Fortunatus et ille, deos qui novit agrestes,  
 Panaque Silvanumque senem Nymphasque sorores!  
 455 Illum non populi fascès, non purpura regum 495  
 Flexit et infidos agitans discordia fratres,  
 Aut conjurato descendens Dacus ab Histro;  
 Non res Romanæ perituraque regna; neque ille  
 Aut doluit miserans inopem, aut invidit habenti.  
 460 Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura 500  
 Sponte tulere sua, carpsit; nec ferrea jura  
 Insanumque forum, aut populi tabularia vidit.  
 Sollicitant alii remis freta cæca, ruuntque  
 In ferrum, penetrant aulas et limina regum;  
 465 Hic petit excidiis urbem miserosque Penates, 505  
 Ut gemma bibat, et Sarrano dormiat ostro;  
 Condit opes alius, defossoque incubat auro;  
 Hic stupet adtonitus Rostris; hunc plausus hiantem  
 Per cuneos geminatus enim plebisque Patrumque  
 470 Corripuit; gaudent perfusi sanguine fratrum, 510  
 Exsilioque domos et dulcia limina mutant,  
 Atque alio patriam quærunt sub sole jacentem.  
 Agricola incurvo terram dimovit aratro:  
 Hinc anni labor; hinc patriam parvosque nepotes  
 475 Sustinet, hinc armenta boum meritosque juvencos. 515  
 Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,  
 Aut fetu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,  
 Proventuque oneret sulcos, atque horrea vincat.  
 Venit hiems: teritur Sicyonia bacca trapetis;  
 480 Glande sues læti redeunt; dant arbuta silvæ, 520  
 Et varios ponit fetus auctumnus, et alte  
 Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.  
 Interea dulces pendent circum oscula nati;  
 Casta pudicitiam servat domus; ubera vaccæ

Lactea demittunt, pinguesque in gramine læto 525  
 Inter se adversis luctantur cornibus hædi.  
 Ipse dies agitat festos, fususque per herbam,  
 Ignis ubi in medio et socii cratera coronant,  
 Te, libans, Lenæe, vocat; pecorisque magistris  
 Velocis jaculi certamina ponit in ulmo, 530  
 Corporaque agresti nudant prædura palæstræ.  
 Hanc olim veteres vitam coluere Sabini,  
 Hanc Reiaus et frater; sic fortis Etruria crevit  
 Scilicet, et rerum facta est pulcherrima Roma,  
 Septemque una sibi muro circumdedit arces. 535  
 Ante etiam sceptrum Dictæi regis, et ante  
 Impia quam cæsis gens est epulata juvencis,  
 Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.  
 Necdum etiam audierant inflari classica, necdum  
 Impositos duris crepitare incudibus enses. 540  
 Sed nos immensum spatii confecimus æquor,  
 Et jam tempus equum fumantia solvere colla.

2):  
 nov  
 Ind  
 " "  
 da  
 (49)  
 in j  
 et a  
 ante  
 mat  
 (15)  
 imp  
 de  
 Pos  
 dun  
 dig  
 cur  
 (29)  
 cum  
 Scy  
 (38)  
 413  
 439  
 sibi  
 ac  
 mu  
 484  
 mo  
 ma  
 de  
 qu  
 TE  
 Pa  
 Ce  
 On  
 Au


LIBRI TERTII ARGUMENTUM.

“ *Orditur per titulum ab expositione argumenti (1, 2): tractare se argumentum ab aliis intactum, unde novam laudem Mantuæ suæ sit paraturus (3—39). Inde morem ac studium Mæcenatis sibi expetit (40—48).*

“ *Procedit præceptio a fetura armentorum. Legendæ primo loco bonæ matres; notæ bonarum vaccarum (49—62); admissurâ ita curanda, ut et bos et taurus in juvenia constituti sint (63—71); notæ equi generosi et admissurâ idonei (72—122). Tum ea, quæ ante admissuram sunt curanda (123—137). Cura matrum gravidarum (138—156). Cura vitulorum (157—178). Cura pullorum equinorum (179—208); imprimis arcendi illi a nimia Venere; inter quæ locum de Veneris stimulantis furore persequitur (209—285). Post curam armentorum progreditur ad curam pecudum, cum præfatione de difficultate argumenti cum dignitate pertractandi (286—293). Primum de ea cura, quæ ad pecudes in stabulis habendas spectat (294—321); tum de pastione vere orto (322—338), cum excursionem in narrationem de Nomadibus Afris et Scythiis (339—383); præcepta de studio lanarum (384—393,) et lactis (394—403). Cura canum (404—413). Monita de cavendis animantibus noxiis (414—439), et de avertendis morbis (440—473). Ita aditum sibi parat ad locum de peste auctumnali armentorum ac gregum nobilissimum (474, ad fin.)” H. Et primum quidem de morbi causa et ratione agitur (474—484); tum de variis animalium generibus, quæ illo morbo correpta fuerint: de pecoribus et minoribus animalibus domesticis (486—497,) de armentis (498—536), de feris (537—540), de aliis bestiis (541—547); denique de omnium remediorum vanitate (548—566).*

Te quoque, magna Pales, et te memorande canemus  
 Pastor ab Amphryso, vos, silvæ amnesque Lycæi.  
 Cetera, quæ vacuas tenuissent carmine mentes,  
 Omnia jam vulgata. Quis aut Eurysithea durum,  
 Aut illaudati nescit Busiridis aras?







1.5  
1.8  
2.0  
2.2  
2.5  
2.8  
3.2  
3.6  
4.0  
4.5  
5.0

5.6  
6.3  
7.1  
8.0  
9.0  
10  
11.2  
12.5

Cui non dictus Hylas puer, et Latonia Delos,  
 Hippodameque, humeroque Pelops insignis eburno,  
 Acer equis? Tentanda via est, qua me quoque possim  
 Tollere humo, victorquē virum volitare per ora.  
 Primus ego in patriam mecum, modo vita supersit, 10  
 Aonio rediens deducam vertice Musas,  
 Primus Idumæas referam tibi, Mantua, palmas;  
 Et viridi in campo templum de marmore ponam  
 Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat 15  
 Mincius, et tenera prætexit arundine ripas.  
 In medio mihi Cæsar erit, templumque tenebit.  
 Illi victor ego et Tyrio conspectus in ostro  
 Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.  
 Cuncta mihi, Alpheum linquens lucosque Molorchi,  
 Cursibus et crudo decernet Græcia cæstu; 20  
 Ipse, caput tonsæ foliis ornatus olivæ,  
 Dona feram. Jam nunc sollemnes ducere pompas  
 Ad delubra juvat, cæsosque videre juvencos;  
 Vel scena ut versis discedat frontibus, utque 25  
 Purpurea infexti tollant aulæa Britannii.  
 In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto  
 Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini;  
 Atque hic undantem bello magnumque fluentem  
 Nilum, ac navali surgentes ære columnas.  
 Addam urbes Asiæ domitas, pulsumque Niphaten, 30  
 Fidentemque fuga Parthum versisque sagittis,  
 Et duo rapta manu diverso ex hoste tropæa,  
 Bisque triumphatas utroque ab litore gentes.  
 Stabant et Parii lapides, spirantia signa, 35  
 Assaraci proles, demissæque ab Jove gentis  
 Nomina, Trosque parens et Trojæ Cynthius auctor.  
 Invidia infelix Furias amnemque severum  
 Cocyti metuet, tortosque Ixionis angues  
 Immanemque rotam, et non exsuperabile saxum.  
 Interea Dryadum silvas saltusque sequamur 40  
 Intactos, tua, Mæcenas, haud mollia jussa.  
 Te sine nil altum mens inchoat. En age, segnes  
 Rumpemoras; vocat ingenti clamore Cithæron,  
 Taygetique canes, domitrixque Epidaurus equorum,  
 Et vox adsensu nemorum ingeminata remugit. 45  
 Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas

Cæsaris, et nomen fama tot ferre per annos,  
 Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.  
 Seu quis, Olympiæ miratus præmia palmæ,  
 Pascit equos, seu quis fortes ad aratra juvencos; 50  
 Corpora præcipue matrum legat. Optuma torvæ  
 Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix,  
 Et crurum tenuis a mento palearia pendent;  
 Tum longo nullus lateri modus; omnia magna,  
 Pes etiam; et camuris hirtæ sub cornibus aures. 55  
 Nec mihi displiceat maculis insignis et albo;  
 Aut juga detrectans, interdumque aspera cornu,  
 Et faciem tauro propior, quæque ardua tota,  
 Et gradiens ima verrit vestigia cauda.  
 Ætas Lucinam justosque pati hymenæos 60  
 Desinit ante decem, post quatuor incipit annos;  
 Cetera nec feturæ habilis, nec fortis aratris.  
 Interea, superat gregibus dum læta juvenas,  
 Solve mares; mitte in Venerem pecuaria primus,  
 Atque aliam ex alia generando suffice prolem. 65  
 Optuma quæque dies miseris mortalibus ævi  
 Prima fugit; subeunt morbi tristisque senectus;  
 Et labor et duræ rapit inclementia mortis.  
 Semper erunt, quarum mutari corpora malis:  
 Semper enim refice; ac, ne post amissa requiras, 70  
 Anteveni, et subolem armento sortire quotannis.  
 Nec non et pecori est idem delectus equino.  
 Tu modo, quos in spem statuas submittere gentis,  
 Præcipuum jam inde a teneris impende laborem.  
 Continuo pecoris generosi pullus in arvis 75  
 Altius ingreditur, et mollia crura reponit;  
 Primus et ire viam, et fluvios tentare minaces  
 Audet, et ignoto sese committere ponti;  
 Nec vanos horret strepitus. Illi ardua cervix,  
 Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga; 80  
 Luxuriatque toris animosum pectus. Honesti  
 Spadices glaucique; color deterrimus albis  
 Et gilvo. Tum, si qua sonum procul arma dedere,  
 Stare loco nescit, micat auribus, et tremat artus,  
 Collectumque fremens volvit sub naribus ignem. 85  
 Densa juba, et dextro jactata recumbit in armo;  
 At duplex agitur per lumbos spina; cavatque

Tellurem, et solido graviter sonat ungula cornu.  
 Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis  
 Cyllarus, et quorum Graii meminere poëtæ, 90  
 Martis equi bijuges, et magni currus Achilli:  
 Talis et ipse jubam cervice effudit equina  
 Conjugis adventu pernix Saturnus, et altum  
 Pelion hinnitu fugiens implevit acuto.

Hunc quoque, ubi aut morbo gravis, aut jam segnior  
 annis 95

Deficit, abde domo; nec turpi ignosce senectæ.  
 Frigidus in Venerem senior, frustra que laborem  
 Ingratum trahit; et, si quando ad proelia ventum est,  
 Ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,  
 Incassum furit. Ergo animos ævumque notabis 100  
 Præcipue; hinc alias artes, prolemque parentum,  
 Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.

Nonne vides, cum præcipiti certamine campum  
 Corripuere, ruuntque effusi carcere currus;  
 Cum spes arrectæ juvenum, exsultantiaque haurit 105  
 Corda pavor pulsans: illi instant verbere torto,  
 Et proni dant lora; volat vi fervidus axis;  
 Jamque humiles, jamque elati sublimè videntur  
 Aëra per vacuum ferri atque adsurgere in auras;  
 Nec mora, nec requies; at fulvæ nimbus arenæ 110

Tollitur, humescunt spumis flatuque sequentum;  
 Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ.  
 Primus Erichthonius currus et quatuor ausus  
 Jungere equos, rapidusque rotis insistere victor.  
 Frena Pelethronii Lapithæ gyrosque dedere, 115

Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis  
 Insultare solo et gressus glomerare superbos.  
 Æquus uterque labor; æque juvenemque magistri  
 Exquirunt calidumque animis et cursibus acrem;  
 Quamvis sæpè fuga versos ille egerit hostes, 120  
 Et patriam Epirum referat fortesque Mycenæ,  
 Neptunique ipsa deducat origine gentem.

His animadversis instant sub tempus, et omnes  
 Impendunt curas denso distenderè pingui,  
 Quem legere ducem et pecori dixere maritum; 125  
 Florentesque secant herbas, fluviosque ministrant  
 Farraque, ne blando nequæat superesse labori,

Invalidique patrum referant jejunia nati.  
 Ipsa autem macie tenuant armenta volentes,  
 90 Atque, ubi concubitus primos jam nota voluptas 130  
 Sollicitat, frondesque negant, et fontibus arcent;  
 Sæpe etiam cursu quatiunt, et sole fatigant,  
 Cum graviter tunsis gemit area frugilus, et cum  
 Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes.  
 95 Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus 135  
 Sit genitali arvo, et sulcos oblimet inertes;  
 Sed rapiat sitiens Venerem interiusque recondat.  
 Rursus cura patrum cadere, et succedere matrum  
 Incipit. Exactis gravidæ cum mensibus errant;  
 Non illas gravibus quisquam juga ducere plaustris, 140  
 Non saltu superare viam sit passus, et acri  
 Carpere prata fuga, fluviosque innare rapaces.  
 Saltibus in vacuis pascant et plena secundum  
 Flumina; muscus ubi et viridissima gramine ripa,  
 105 Speluncæque tegant, et saxea procubet umbra. 145  
 Est lucos Silari circa ilicibusque virentem  
 Pluribus Alburnum volitans,—cui nomen asilo  
 Romanum est, œstrum Graii vertere vocantes;—  
 Asper, acerba sonans; quo tota exterrita silvis  
 110 Diffugiunt armenta: furit mugitibus æther 150  
 Concussus silvæque et sicci ripa Tanagri.  
 Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras  
 Inachiæ Juno pestem meditata juvencæ.  
 Hunc quoque—nam mediis fervoribus acrior instat—  
 Arcebis gravido pecori, armenta que pasces 155  
 Sole recens orto, aut noctem ducentibus astris.  
 Post partum cura in vitulos traducitur omnis;  
 Continuoque notas et nomina gentis inurunt,  
 Et, quos aut pecori malint submittere habendo,  
 20 Aut aris servare sacros, aut scindere terram, 160  
 Et campum horrentem fractis invertere glebis.  
 Cetera pascuntur virides armenta per herbas.  
 Tu quos ad studium atque usum formabis agrestem,  
 Jam vitulos hortare, viamque insiste domandi.  
 25 Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas. 165  
 Ac primum laxos tenui de vimine circlos  
 Cervici subnecte; dehinc, ubi libera colla  
 Servitio adsuerint, ipsis e torquibus aptos

Junge pares, et coge gradum conferre juvencos:  
 Atque illis jam sæpe rotæ ducantur inanes 170  
 Per terram, et summo vestigia pulvere signent;  
 Post valido nitens sub pondere faginus axis  
 Instrepat, et junctos temo trahat æreus orbes.  
 Interea pubi indomitæ non gramina tantum,  
 Nec vescas salicum frondes ulvamque palustrem, 175  
 Sed frumenta manu carpes sata. Nec tibi fetæ  
 More patrum nivea implebunt mulctraria vaccæ,  
 Sed tota in dulces consument ubera natos.  
 Sin ad bella magis studium turmasque feroces,  
 Ant Alpeæ rotis prælabi flumina Pisæ, 180  
 Et Jovis in luco currus agitare volantes:  
 Primus equi labor est animos atque arma videre  
 Bellantum, lituosque pati, tractuque gementem  
 Ferre rotam, et stabulo frenos audire sonantes;  
 Tum magis atque magis blandis gaudere magistri 185  
 Laudibus, et plausæ sonitum cervicis amare.  
 Atque hæc jam primo, depulsus ab ubere matris,  
 Audeat, inque vicem det mollibus ora capistris  
 Invalidus, etiamque tremens, etiam inscius ævi. 190  
 At tribus exactis ubi quarta accesserit æstas,  
 Carpere mox gyrum incipiat gradibusque sonare  
 Compositis, sinuetque alterna volumina crurum,  
 Sitque laboranti similis; tum cursibus auras,  
 Tum vocet, ac per aperta volans, ceu liber habenis,  
 Æquora, vix summa vestigia ponat arena: 195  
 Qualis Hyperboreis Aquilo cum densus ab oris  
 Incubuit, Scythiæque hiemes atque arida differt  
 Nubila: tum segetes altæ campique natantes  
 Lenibus horrescunt flabris, summæque sonorem  
 Dant silvæ, longique urgunt ad litora fluctus; 200  
 Ille volat, simul arva fuga, simul æquora verrens.  
 Hic vel ad Elei metas et maxuma campi  
 Sudabit spatia, et spumas aget ore cruentas;  
 Belgica vel molli melius feret esseda collo.  
 Tum demum crassa magnum farragine corpus 205  
 Crescere, jam domitis, sinito; namque ante domandum  
 Ingentes tollent animos, prensique negabunt  
 Verbera lenta pati, et duris parere lupatis.

- Sed non ulla magis vires industria firmat,  
 Quam Venerem et cæci stimulos avertere amoris, 210  
 Sive boum sive est cui gratior usus equorum.  
 Atque ideo tauros procul atque in sola relegant  
 Pascua post montem oppositum et trans flumina lata;  
 Aut intus clausos satura ad præsepia servant.  
 175 Carpit enim vires paullatim uritque videndo 215  
 Femina; nec nemorum patitur meminisse, nec herbæ.  
 Dulcibus illa quidem illicæbris et sæpe superbos  
 Cornibus inter se subigit decernere amantes.  
 180 Pascitur in magna Sila formosæ juvenca;  
 Ili alternantes multa vi prælia miscent 220  
 Volneribus crebris; lavit ater corpora sanguis,  
 Versaque in obnixos urguentur cornua vasto  
 Cum gemitu; reboant silvæque et longus Olympus.  
 Nec mos bellantes una stabulare; sed alter  
 185 Victus abit, longeque ignotis exsulat oris, 225  
 Multa gemens ignominiam plagasque superbi  
 Victoris, tum, quos amisit inultus, amores,  
 Et stabula adspectans regnis excessit avitis.  
 Ergo omni cura vires exercet, et inter  
 190 Dura jacet pernix instrato saxa cubili, 230  
 Frondibus hirsutis et carice pastus acuta;  
 Et tentat sese, atque irasci in cornua discit,  
 Arboris obnixus trunco, ventosque lacessit  
 Ictibus, et sparsa ad pugnam proludit arena.  
 195 Post, ubi collectum robur viresque relectæ, 235  
 Signa movet, præcepsque oblitum fertur in hostem:  
 Fluctus uti medio cœpit cum albescere ponto,  
 Longius ex altoque sinum trahit; utque, volutus  
 Ad terras, immane sonat per saxa, neque ipso  
 200 Monte minor procumbit; at ima exæstuat unda 240  
 Verticibus, nigramque alte subjectat arenam.  
 Omne adeo genus in terris hominumque, ferarumque,  
 Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres,  
 In furias ignemque ruunt; amor omnibus idem.  
 205 Tempore non alio catulorum oblita læna 245  
 Sævior erravit campis; nec funera volgo  
 Tam multa informes ursi stragemque dedere  
 Per silvas; tum sævus aper, tum pessima tigris.  
 Heu! male tum Libyæ solis erratur in agris.

Nonne vides, ut tota tremor pertentet equorum 250  
 Corpora, si tantum notas odor attulit auras?  
 Ac neque eos jam frena virum, neque verbera sæva,  
 Non scopuli rupesque cavæ atque objecta retardant  
 Flumina, correptos unda torquentia montes.  
 Ipse ruit dentesque Sabellicus exacuit sus, 255  
 Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas,  
 Atque hinc atque illinc humeros ad volnera durat.  
 Quid juvenis, magnum cui versat in ossibus ignem  
 Durus amor? Nempe abruptis turbata procellis  
 Nocte natat cæca serus freta; quem super ingens 260  
 Porta tonat cœli, et scopulis illisa reclamant  
 Æquora; nec miseri possunt revocare parentes,  
 Nec moritura super crudeli funere virgo.  
 Quid lynces Bacchi variæ et genus acre luporum  
 Atque canum? quid, quæ imbelles dant prælia cervi?  
 Scilicet ante omnes furor est insignis equarum; 266  
 Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci  
 Potniades malis membra absumsere quadrigæ.  
 Illas ducit amor trans Gargara transque sonantem  
 Ascanium; superant montes et flumina tranant. 270  
 Continuoque, avidis ubi subdita flamma medullis,  
 Vere magis, quia vere calor redit ossibus, illæ  
 Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,  
 Exceptantque leves auras; et sæpe sine ullis  
 Conjugiis vento gravidæ—mirabile dictu— 275  
 Saxa per et scopulos et depressas convalles  
 Diffugiunt, non, Eure, tuos, neque solis ad ortus,  
 In Borean Caurumque, aut unde nigerrimus Auster  
 Nascitur, et pluvio contristat frigore cælum.  
 Hic demum, hippomanes vero quod nomine dicunt 280  
 Pastores, lentum destillat ab inguine virus,  
 Hippomanes, quod sæpe malæ legere novercæ,  
 Miscueruntque herbas et non innoxia verba.  
 Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus,  
 Singula dum capti circumvectamur amore. 285  
 Hoc satis armentis. Superat pars altera curæ,  
 Lanigeros agitare greges hirtasque capellas.  
 Hic labor; hinc laudem fortes sperate coloni.  
 Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum  
 Quam sit, et angustis hunc addere rebus honorem;

Sed me Parnasi deserta per ardua dulcis 291  
 Raptat amor; juvat irè jugis, qua nulla priorum  
 Castaliam molli devertitur orbita clivo.

Nunc, veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.  
 Incipiens stabulis edico in mollibus herbam 295

Carpere oves, dum mox frondosa reducitur æstas;  
 Et multa duram stipula filicumque manipulis  
 Sternere subter humum, glacies ne frigida lædat  
 Molle pecus, scabiamque ferat turpesque podagras.  
 Post hinc digressus jubeo frondentia capris 300

Arbuta sufficere, et fluvios præbere recentes,  
 Et stabula a ventis hiberno opponere soli  
 Ad medium conversa diem, cum frigidus olim  
 Jam cadit extremoque irrorat Aquarius anno.  
 Hæ quoque non cura nobis levioere tuendæ; 305

Nec minor usus erit: quamvis Milesia magno  
 Vellera mutantur Tyrios incocta rubores.

Densior hinc suboles; hinc largi copia lactis.  
 Quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra,  
 Læta magis pressis manabunt flumina mammis. 310

Nec minus interea barbas incanaque menta  
 Cinyphii tondent hirci sætasque comantes  
 Usum in castrorum, et miseris velamina nautis.

Pascuntur vero silvas et summa Lycæi  
 Horrentesque rubos et amantes ardua dumos; 315

Atque ipsæ memores redeunt in tecta, suosque  
 Ducunt et gravido superant vix ubere limen.

Ergo omni studio glaciem ventosque nivales,  
 Quo minor est illis curæ mortalis egestas,  
 Avertes; victumque feres et virgea lætus 320  
 Pabula; nec tota claudes fœnilia bruma.

At vero, Zephyris cum læta vocantibus æstas  
 In saltus utrumque gregem atque in pascua mittet,

Luciferi primo cum sidere frigida rura  
 Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent,  
 Et ros in tenera pecori gratissimus herba. 326

Inde, ubi quarta sitim cœli collegerit hora,  
 Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ,

Ad puteos aut alta greges ad stagna jubeto  
 Currentem ilignis potare canalibus undam; 330

Æstibus at mediis umbrosam exquirere vallem,

Sicubi magna Jovis antiquo robore quercus  
 Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum  
 Illicibus crebris sacra nemus accubet umbra;  
 Tum tenues dare rursus aquas, et pascere rursus 335  
 Solis ad occasum; cum frigidus aëra vesper  
 Temperat, et saltus reficit jam roscida luna,  
 Litoraę alcyonen resonant, acalanthida dumi.  
 Quid tibi pastores Libyę, quid pascua versu  
 Prosequar, et raris habitata mapalia tectis? 340  
 Sępe diem noctemque et totum ex ordine mensem  
 Pascitur itque pecus longa in deserta sine ullis  
 Hospitiis; tantum campi jacet. Omnia secum  
 Armentarius Afer agit, tectumque Laremque  
 Armaę Amyclęumque canem Cressamque pharetram;  
 Non secus ac patriis acer Romanus in armis 346  
 Injusto sub fasce viam cum carpit, et hosti  
 Ante expectatum positus stat in agmine castris.  
 At non, qua Scythię gentes Męotiaę unda,  
 Turbidus et torquens flaventes Hister arenas, 350  
 Quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem.  
 Illic clausa tenent stabulis armenta, neque ullę  
 Aut herbę campo apparent, aut arbore frondes:  
 Sed jacet aggeribus niveis informis et alto  
 Terra gelu late, septemque adsurgit in ulnas; 355  
 Semper hiems, semper spirantes frigora Cauri.  
 Tum Sol pallentes haud umquam discutit umbras:  
 Nec cum invectus equis altum petit æthera, nec cum  
 Pręcipitem Oceani rubro lavit æquore currum.  
 Concresecunt subitę currenti in flumine crustę, 360  
 Undaę jam tergo ferratos sustinet orbes,  
 Puppibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris:  
 Æraę dissiliunt volgo, vestesque rigescunt  
 Indutę, cęduntque securibus humida vina,  
 Et totę solidam in glaciem vertere lacunę; 365  
 Stiriaę impexis induruit horrida barbis.  
 Interea toto non secius aëre ninguit;  
 Intereunt pecudes, stant circumfusa pruinis  
 Corpora magna boum, confertoque agmine cervi  
 Torpent mole nova, et summis vix cornibus exstant.  
 Hos non immissis canibus, non cassibus ullis, 371  
 Puniceęve agitant pavidos formidine pinnę:

- Sed frustra oppositum trudentes pectore montem  
 Comminus obruncant ferro, graviterque rudentes  
 Cædunt, et magno læti clamore reportant. 375  
 Ipsi in defossis specubus secunda sub alta  
 Otia agunt terra, congestaque robora totasque  
 Advolvere focis ulmos, ignique dedere.  
 Hic noctem ludo ducunt, et pocula læti  
 Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis. 380  
 Talis Hyperboreo Septem subjecta trioni  
 Gens effrena virum Rhipæo tunditur Euro,  
 Et pecudum fulvis velatur corpora sætis.  
 Si tibi lanitium curæ, primum aspera silva  
 Lappæque tribulique absint; fuge pabula læta; 385  
 Continuoque greges villis lege mollibus albos.  
 Illum autem, quamvis aries sit candidus ipse,  
 Nigra subest udo tantum cui lingua palato,  
 Rejice, ne maculis infuscet vellera pullis  
 Nascentum, plenoque alium circumspice campo. 390  
 Munere sic niveo lanæ, si credere dignum est,  
 Pan, deus Arcadiæ captam te, Luna, fefellit,  
 In nemora alta vocans; nec tu adspersata vocantem.  
 At, cui lactis amor, cytisum lotosque frequentes  
 Ipse manu salsasque ferat præsepibus herbas. 395  
 Hinc et amant fluvios magis, et magis ubera tendunt,  
 Et salis occultum referunt in lacte saporem.  
 Multi jam excretos prohibent a matribus hædos,  
 Primaque ferratis præfigunt ora capistris.  
 Quod surgente die mulsero horisque diurnis, 400  
 Nocte premunt; quod jam tenebris et sole cadente,  
 Sub lucem exportant calathis—adit oppida pastor—  
 Aut parco sale contingunt, hiemique reponunt.  
 Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed una  
 Veloces Spartæ catulos acremque Molossum 405  
 Pasce sero pingui. Numquam custodibus illis  
 Nocturnum stabulis furem incursusque luporum,  
 Aut impacatos a tergo horrebis Hiberos.  
 Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros  
 Et canibus leporem, canibus venabere damas. 410  
 Sæpe volutabris pulsos silvestribus apros  
 Latratu turbabis agens; montesque per altos  
 Ingentem clamore premes ad retia cervum.

Disce et odoratam stabulis accendere cedrum,  
 Galbaneoque agitare graves nidore chelydros. 415  
 Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu  
 Vipera delituit, cælumque exterrita fugit;  
 Aut tecto adsuetus coluber succedere et umbræ,  
 Pestis acerba boum, pecorique adspargere virus,  
 Fovit humum. Cape saxa manu, cape robora, pastor,  
 Tollentemque minas et sibila colla tumentem 421  
 Dejice: jamque fuga timidum caput abdidit alte,  
 Quum medii nexus extremæque agmina caudæ  
 Solvuntur, tardosque trahit sinus ultimus orbis.  
 Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis, 425  
 Squamea convolvens sublato pectore terga  
 Atque notis longam maculosus grandibus alvum:  
 Qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus, et dum  
 Vere madent udo terræ ac pluvialibus austris;  
 Stagna colit, ripisque habitans, hic piscibus atram 430  
 Improbus ingluviem ranisque loquacibus explet;  
 Postquam exusta palus terræque ardore dehiscunt,  
 Exsilit in siccum, et flammantia lumina torquens  
 Sævît agris asperque siti atque exterritus æstu.  
 Ne mihi tum molles sub divo carpere somnos, 435  
 Neu dorso nemoris libeat jacuisse per herbas:  
 Cum positis novus exuviis nitidusque juventa  
 Volvitur, aut catulos tectis aut ova relinquens,  
 Arduus ad solem, et linguis micat ore trisulcis.  
 Morborum quoque te causas et signa docebo. 440  
 Turpis oves tentat scabies, ubi frigidus imber  
 Altius ad vivum persedit et horrida cano  
 Bruma gelu; vel cum tonsis illotus adhæsit  
 Sudor, et hirsuti secuerunt corpora vepres.  
 Dulcibus idcirco fluviis pecus omne magistri 445  
 Perfundunt, udisque aries in gurgite villis  
 Mersatur, missusque secundo defluit amni;  
 Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca,  
 Et spumas miscent argenti et sulfura viva  
 Idæasque pices et pingues unguine ceras, 450  
 Scillamque elleborosque graves nigrumque bitumen.  
 Non tamen ulla magis præsens fortuna laborum est,  
 Quam si quis ferro potuit rescindere summum  
 Ulceris os. Alitur vitium vivitque tegendo,

- Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor 455  
 Abnegat, aut meliora deos sedet omnia poscens.  
 Quin etiam, ima dolor balantum lapsus ad ossa  
 Cum furit atque artus depascitur arida febris,  
 Profuit incensus æstus avertere et inter  
 Ima ferire pedis salientem sanguine venam: 460  
 Bisaltæ quo more solent acerque Gelonus,  
 Cum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarum,  
 Et lac concretum cum sanguine potat equino.  
 Quam procul aut molli succedere sæpius umbræ  
 Videris, aut summas carpentem ignavius herbas, 465  
 Extremamque sequi, aut medio procumbere campo  
 Pascentem et seræ solam decedere nocti;  
 Continuo culpam ferro compesce, priusquam  
 Dira per incautum serpant contagia vulgus.  
 Non tam creber, agens hiemem, ruit æquore turbo, 470  
 Quam multæ pecudum pestes; nec singula morbi  
 Corpora corripiunt, sed tota æstiva repente  
 Spemque gregemque simul cunctamque ab origine gen-  
 Tum sciat, aërias Alpes et Norica si quis [tem.  
 Castella in tumulis et Iapydis arva Timavi 475  
 Nunc quoque post tanto videat desertaque regna  
 Pastorum et longæ saltus lateque vacantes.  
 Hic quondam morbo cæli miseranda coorta est  
 Tempestas, totoque auctumni incanduit æstu,  
 Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum;  
 Corripitque lacus; infecit pabula tabo. 481  
 Nec via mortis erat simplex; sed, ubi ignea venis  
 Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus,  
 Rursus abundabat fluidus liquor, omniaque in se  
 Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. 485  
 Sæpe in honore deum medio stans hostia ad aram,  
 Lanea dum nivea circumdatur infula vitta,  
 Inter cunctantes cecidit moribunda ministros.  
 Aut si quam ferro mactaverat ante sacerdos,  
 Inde neque impositis ardent altaria fibris, 490  
 Nec responsa potest consultus reddere vates;  
 Ac vix suppositi tinguuntur sanguine cultri,  
 Summaque jejuna sanie infusatur arena.  
 Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis,  
 Et dulces animas plena ad præsepia reddunt; 495

Hinc canibus blandis rabies venit, et quatit ægros  
 Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis.  
 Labitur, infelix studiorum atque immemor herbæ,  
 Victor equus, fontesque avertitur, et pede terram  
 Crebra ferit; demissæ aures, incertus ibidem 500  
 Sudor, et ille quidem morituris frigidus; aret  
 Pellis, et ad tactum tractanti dura resistit.  
 Hæc ante exitium primis dant signa diebus.  
 Sin in processu cœpit crudescere morbus:  
 Tum vero ardentem oculi atque attractus ab alto 505  
 Spiritus, interdum gemitu gravis; imaque longo  
 Iliæ singultu tendunt; it naribus ater  
 Sanguis, et obsessas fauces premit aspera lingua.  
 Profuit inserto latice, infundere cornu  
 Lenæos; ea visa salus morientibus una; 510  
 Mox erat hoc ipsum exitio, furiisque refectioni  
 Ardebant, ipsique suos jam morte sub ægra,  
 —Di meliora piis, erroremque hostibus illum!—  
 Discissos nudis laniabant dentibus artus.  
 Ecce autem dure fumans sub vomere taurus 515  
 Concidit, et mixtum spumis vomit ore cruorem,  
 Extremosque ciet gemitus. It tristis arator,  
 Mœrentum abjungens fraterna morte juvencum,  
 Atque opere in medio defixa relinquit aratra.  
 Non umbræ altorum nemorum, non mollia possunt 520  
 Prata movere animum, non qui per saxa volutus  
 Purior electro campum petit amnis; at ima  
 Solvuntur latera, atque oculos stupor arguet inertes,  
 Ad terramque fluit devexo pondere cervix.  
 Quid labor aut benefacta juvant? Quid vomere terras  
 Invertisse graves? Atqui non Massica Bacchi 526  
 Munera, non illis epulæ nocuere repostæ:  
 Frondibus et victu pascuntur simplicis herbæ;  
 Pocula sunt fontes liquidi atque exercita cursu  
 Flumina; nec somnos abruptis cura salubres. 530  
 Tempore non alio dicunt regionibus illis  
 Quæsitæ ad sacra boves Junonis, et uris  
 Imparibus ductos alta ad donaria currus.  
 Ergo ægre rastris terram rimantur, et ipsi  
 Unguibis infodiunt fruges, montesque per altos 535  
 Contenta cervice trahunt stridentia plaustra.

[Lib.

III.]

GEORGICON.

500

Non lupus insidias explorat ovilia circum,  
 Nec gregibus nocturnus obambulat; acrior illum  
 Cura domat; timidi damæ cervique fugaces  
 Nunc interque canes et circum tecta vagantur. 540

505

Jam maris immensi prolem et genus omne natantum  
 Litore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus  
 Proluit; insolitæ fugiunt in flumina phocæ.  
 Interit et curvis frustra defensa latebris  
 Vipera, et attoniti squamis adstantibus hydri. 545

510

Ipsis est aër avibus non æquus, et illæ  
 Præcipites alta vitam sub nube relinquunt.  
 Præterea jam nec mutari pabula refert,  
 Quæsitaque nocent artes; cessere magistri,  
 Philyrides Chiron Amythaoniusque Melampus. 550

515

Sævit et in lucem Stygiis emissa tenebris  
 Pallida Tisiphone Morbos agit ante Metumque,  
 Inque dies avidum surgens caput altius effert.  
 Balatu pecorum et crebris mugitibus amnes  
 Arentesque sonant ripæ collesque supini. 555

520

Jamque catervatim dat stragem, atque aggerat ipsi  
 In stabulis turpi dilapsa cadavera tabo:  
 Donec humo tegere ac foveis abscondere discunt.  
 Nam neque erat coriis usus, nec viscera quisquam  
 Aut undis abolere potest, aut vincere flamma. 560

es,

erras  
526

Ne tondere quidem morbo illuvieque peresa  
 Vellera, nec telas possunt attingere putres;  
 Verum etiam, invisos si quis tentarat amictus,  
 Ardentes papulæ atque immundus olentia sudor  
 Membra sequebatur, nec longa deinde moranti 565  
 Tempore contactos artus sacer ignis edebat.

530

535

## LIBRI QUARTI ARGUMENTUM.

“ *De re apiaria et mellificio in hoc libro acturus, primo loco exponit argumentum Mæcenatisque propitiâ voluntatem sibi exorat (1—7). Inde de ulvearii situ fabrica et apparatu præcipit (8—50; tum de examinum exeuntium cura, seu vere ineunte vagantur (51—66), seu ad pugnam exeunt discordibus inter se voluntatibus super rege creando (67—97). Tum alteruter rex est necandus (98—102); aut si temere vagantur apes, partim regibus alæ sunt resevandæ, partim gratæ herbæ circa alveare serendæ (103—115.) Quum attingeret locum de horto colendo, hoc argumentum aliis tractandum reliquit (116—148). De ingeniis, naturis et moribus apum agit, revocata eorum œconomia, quam vocamus, ad reipublicæ formam, quam enarrat (149—218), tam solleriter institutam illam, ut rationis illæ munere imperitæ esse videantur (219—227). Sequitur locus de exemptione favorum (228—238); sin relinquatur pars favorum, quæ tum curanda sint (239—250). De morbis apum et morborum cura (251—280). De examinis extincti reparatione et de progeneratione apum ex juvenco peremto et putrefacto (281—314). Quod quum inventum Aristæi esse perhibeatur, descendit ad enarrationem fabulæ, qua ille fertur, extincto examine, adisse matrem Cyrenen, ab hac jussus consuleret Proteum de causis calamitatis et ejusdem remediis, edoctusque, evenisse sibi rem ob piaculum contractum ex Eurydices, Orphei conjugis, raptu, inferias ei fecisse; quo facto boum corpora, in luco relicta, paullo post examinibus novis efferbuere (315—558). [Quæ sequitur brevis epilogus (559—566).]” H.*

PROTENUS aërii mellis cœlestia dona  
 Exsequar. Hanc etiam, Mæcenas, adspice partem.  
 Admiranda tibi levium spectacula rerum,  
 Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis  
 Mores et studia et populos et prælia dicam.

In tenui labor ; at tenuis non gloria, si quem  
 Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo.  
 Principio sedes apibus statioque petenda,  
 Quo neque sit ventis aditus—nam pabula venti  
 Ferre domum prohibent—neque oves hædique petulci 10  
 Floribus insultent, aut errans bucula campo  
 Decutiat rorem, et surgentes adterat herbas.  
 Absint et picti squalentia terga lacerti  
 Pinguibus ab stabulis, meropesque aliæque volucres,  
 Et manibus Procne pectus signata cruentis. 15  
 Omnia nam late vastant, ipsasque volantes  
 Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam.  
 At liquidi fontes et stagna virentia musco  
 Adsint et tenuis fugiens per gramina rivus;  
 Palmaque vestibulum aut ingens oleaster inumbret: 20  
 Ut, cum prima novi ducent examina reges  
 Vere suo, ludetque favis emissa juventus,  
 Vicina invitet decedere ripa calori  
 Obviaque hospitiiis teneat frondentibus arbos.  
 In medium, seu stabit iners, seu profluet humor, 25  
 Transversas salices et grandia conjice saxa,  
 Pontibus ut crebris possint consistere et alas  
 Pandere ad æstivum solem, si forte morantes  
 Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit Eurus.  
 Hæc circum casæ virides et olentia late 30  
 Serpylla et graviter spirantis copia thymbrae  
 Floreat, irriguumque bibant violaria fontem.  
 Ipsa autem, seu corticibus tibi suta cavatis,  
 Seu lento fuerint alvearia vimine texta,  
 Angustos habeant aditus; nam frigore mella 35  
 Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit.  
 Utraque vis apibus pariter metuenda, neque illæ  
 Nequidquam in tectis certatim tenuia cera  
 Spiramenta linunt, fucoque et floribus oras  
 Explent, collectumque hæc ipsa ad munera gluten 40  
 Et visco et Phrygiæ servant pice lentius Idæ.  
 Sæpe etiam effossis, si vera est fama, latebris  
 Sub terra fovere larem, penitusque repertæ  
 Pumicibusque cavis exesæque arboris antro.  
 Tu tamen et levi rimosa cubilia limo 45  
 Ungue fovens circum, et raras superinjice frondes.

Neu propius tectis taxum sine, neve rubentes  
 Ure foco caneros, altæ neu crede paludi,  
 Aut ubi odor cœni gravis, aut ubi concava pulsu  
 Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago. 50  
 Quod superest, ubi pulsam hiemem sol aureus egit  
 Sub terras, cœlumque æstiva luce reclusit,  
 Illæ continuo saltus silvasque peragrant,  
 Purpureosque metunt flores, et flumina libant  
 Summa leves. Hinc nescio qua dulcedine lætæ 55  
 Progeniem nidosque fovent; hinc arte recentes  
 Excudunt ceras, et mella tenacia fingunt.  
 Hinc ubi jam emissum caveis ad sidera cœli  
 Nare per æstatem liquidam suspexeris agmen,  
 Obscuramque trahi vento mirabere nubem, 60  
 Contemplator: aquas dulces et frondea semper  
 Tecta petunt. Huc tu jussos adsperge sapos,es,  
 Trita melisphylla et cerinthæ ignobile gramen;  
 Tinnitusque cie, et Matris quate cymbala circum.  
 Ipsæ consident medicatis sedibus, ipsæ 65  
 Intima more suo sese in cunabula condent.  
 Sin autem ad pugnam exierint,—nam sæpe duobus  
 Regibus incessit magno discordia motu—  
 Continuoque animos vulgi et trepidantia bello  
 Corda licet longe præsciscere: namque morantes 70  
 Martius ille æris rauci canor increpat, et vox  
 Auditur fractos sonitus imitata tubarum:  
 Tum trepidæ inter se coëunt, pennisque coruscant,  
 Spiculaque exacuunt rostris, aptantque lacertos,  
 Et circa regem atque ipsa ad prætoria densæ 75  
 Miscentur, magnisque vocant clamoribus hostem.  
 Ergo ubi ver nactæ sudum camposque patentes,  
 Erumpunt portis: concurritur; æthere in alto  
 Fit sonitus; magnum mixtæ glomerantur in orbem,  
 Præcipientesque cadunt: non densior aëre grando, 80  
 Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.  
 Ipsi per medias acies, insignibus alis,  
 Ingentes animos angusto in pectore versant,  
 Usque adeo obnixa non cedere, dum gravis aut hos  
 Aut hos versa fuga victor dare terga subegit. 85  
 Hi motus animorum atque hæc certamina tanta  
 Pulveris exigui jactu compressa quiescunt.

Verum ubi ductores acie revocaveris ambo,  
 Deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,  
 Dede neci; melior vacua sine regnet in aula. 90  
 Alter erit maculis auro squalentibus ardens;  
 Nam duo sunt genera: hic melior insignis et ore,  
 Et rutilus clarus squamis; ille horridus alter  
 Desidia, latamque trahens inglorius alvum,  
 Ut binæ regum faciès, ita corpora plebis. 95  
 Namque aliæ turpes horrent, ceu pulvere ab alto  
 Cum venit et sicco terram sput ore viator  
 Aridus; elucent aliæ et fulgore coruscant,  
 Ardentes auro et paribus lita corpora guttis.  
 Hæc potior suboles; hinc cœli tempore certo 100  
 Dulcia mella premez, nec tantum dulcia, quantum  
 Et liquida, et durum Bacchi domitura saporem.  
 At cum incerta volant cœloque examina ludunt,  
 Contemnuntque favos et frigida tecta relinquunt,  
 Instabiles animos ludo prohibebis inani. 105  
 Nec magnus prohibere labor. Tu regibus alas  
 Eripe; non illis quisquam cunctantibus altum  
 Ire iter, aut castris audebit vellere signa.  
 Invitent croceis halantes floribus horti,  
 Et custos furum atque avium cum falce saligna 110  
 Hellespontiaci servet tutela Priapi.  
 Ipse thymum pinosque ferens de montibus altis  
 Tecta serat late circum, cui talia curæ;  
 Ipse labore manum duro terat, ipse feraces  
 Figat humo plantas, et amicos irriget imbres. 115  
 Atque equidem, extremo ni jam sub fine laborum  
 Vela traham, et terris festinem advertere proram,  
 Forsitan et, pingues hortos quæ cura colendi  
 Ornaret, canerem, biferique rosaria Pæsti;  
 Quoque modo potis gauderent intuba rivis 120  
 Et virides apio ripæ, tortusque per herbam  
 Cresceret in ventrem cucumis; nec sera comantem  
 Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi  
 Pallentesque hederas et amantes litora myrtos.  
 Namque sub CEBaliæ memini me turribus altis, 125  
 Qua niger humectat flaventia culta Galæsus,  
 Corycium vidisse senem, cui pauca relict  
 Jugera ruris erant, nec fertilis illa juvenicis,

50  
git

55

60

65

us

70

75

80

85

Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho.  
 Hic rarum tamen in dumis olus albaque circum 130  
 Lilia verbenasque premens vescumque papaver,  
 Regum æquabat opes animo, seraque revertens  
 Nocte domum dapibus mensas onerabat inemtis.  
 Primus vere rosam atque auctumno carpere poma,  
 Et cum tristis hiems etiamnum frigore saxa 135  
 Rumperet, et glacie cursus frenaret aquarum,  
 Ille comam mollis jam tondebat hyacinthi,  
 Æstatem increpitans seram Zephyrosque morantes.  
 Ergo apibus fetis idem atque examine multo  
 Primus abundare, et spumentia cogere pressis 140  
 Mella favis; illi tiliæ atque uberrima pinus;  
 Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos  
 Induerat, totidem auctumno matura tenebat.  
 Ille etiam seras in versum distulit ulmos  
 Eduramque pirum et spinos jam pruna ferentes, 145  
 Jamque ministrantem platanum potantibus umbras.  
 Verum hæc ipse equidem, spatiis exclusus iniquis,  
 Prætereo, atque aliis post me memoranda relinquo.  
 Nunc age, naturas apibus quas Jupiter ipse  
 Addidit, expeditam, pro qua mercede, canoros 150  
 Curetum sonitus crepitantiaque æra secutatæ,  
 Dictæo cœli regem pavere sub antro.  
 Solæ communes natos, consortia tecta  
 Urbis habent, magnisque agitant sub legibus ævum;  
 Et patriam solæ et certos novere Penates; 155  
 Venturæque hiemis memores æstate laborem  
 Experiuntur, et in medium quæsita reponunt.  
 Namque aliæ victu invigilant, et fœdere pacto  
 Exercentur agris; pars intra septa domorum  
 Narcissi lacrimam et lentum de cortice gluten 160  
 Prima favis ponunt fundamina, deinde tenaces  
 Suspendunt ceras; aliæ spem gentis, adultos  
 Educunt fetus; aliæ purissima mella  
 Stipant, et liquido distendunt nectare cellas;  
 Sunt, quibus ad portas cecidit custodia sorti; 165  
 Inque vicem speculantur aquas et nubila cœli;  
 Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto  
 Ignavum, fucos, pecus a præsepibus arcent;  
 Fervet opus, redolentque thyño fragrantia mella.

- 130 Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis 170  
 Cum properant, alii taurinis follibus auras  
 Accipiunt redduntque, alii stridentia tinguunt  
 Æra lacu; gemit impositis incudibus Ætna;  
 Illi inter sese magna vi brachia tollunt
- 135 In numerum, versantque tenaci forcipe ferrum; 175  
 Non aliter, si parva licet componere magnis,  
 Cecropias innatus apes amor urguet habendi,  
 Munere quamque suo. Grandævus oppida curæ,  
 Et munire favos, et dædala fingere tecta;
- 140 At fessæ multa referunt se nocte minores, 180  
 Crura thymo plenæ; pascuntur et arbuta passim  
 Et glaucas salices casianque crocumque rubentem  
 Et pinguem tiliam et ferrugineos hyacinthos.  
 Omnibus una quies operum, labor omnibus unus.
- 145 Mane ruunt portis; nusquam mora; rursus easdem 185  
 Vesper ubi e pastu tandem decedere campis  
 Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant;  
 Fit sonitus, mussantque oras et limina circum.  
 Post, ubi jam thalamis se composuere, siletur
- 150 In noctem, fessosque sopor suus occupat artus. 190  
 Nec vero a stabulis, pluvia impendente, recedunt  
 Longius, aut credunt cœlo, adventantibus Euris;  
 Sed circum tutæ sub mœnibus urbis aquantur,  
 Excursusque breves tentant, et sæpe lapillos,
- 155 Ut cymbæ instabiles fluctu jactante saburram, 195  
 Tollunt; his sese per inania nubila librant.  
 Illum adeo placuisse apibus mirabere morem,  
 Quod neque concubitu indulgent, nec corpora segnes  
 In Venerem solvunt, aut fetus nixibus edunt;
- 60 Verum ipsæ e foliis natos et suavibus herbis 200  
 Ore legunt, ipsæ regem parvosque Quirites  
 Sufficiunt, aulasque et cerea regna refingunt.  
 Sæpe etiam duris errando in cotibus alas  
 Adtrivere, ultroque animam sub fasce dedere:
- 65 Tantus amor florum et generandi gloria mellis. 205  
 Ergo ipsas quamvis angusti terminus ævi  
 Excipiat—neque enim plus septima ducitur æstas—  
 At genus immortale manet, multosque per annos  
 Stat fortuna domus, et avi numerantur avorum.  
 Præterea regem non sic Ægyptus et ingens 210

Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes  
 Observant. Rege incolumi, mens omnibus una est;  
 Amisso, rupere fidem, constructaque mella  
 Diripuere ipsæ, et crates solvere favorum.  
 Ille operum custos; illum admirantur, et omnes 215  
 Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes;  
 Et sæpe adtollunt humeris, et corpora bello  
 Objectant, pulchramque petunt per vulnera mortem.  
 His quidam signis, atque hæc exempla secuti,  
 Esse apibus partem divinæ mentis et haustus 220  
 Ætherios dixere; Deum namque ire per omnes  
 Terrasque tractusque maris cœlumque profundum;  
 Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,  
 Quemque sibi tenues nascentem accessere vitas;  
 Scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri 225  
 Omnia; nec morti esse locum, sed viva volare  
 Sideris in numerum, atque alto succedere cœlo.  
 Si quando sedem angustam servataque mella  
 Thesauris relines, prius haustu sparsus aquarum  
 Ora fove, fumosque manu prætende sequaces. 230  
 Bis gravidos cogunt fetus, duo tempora messis:  
 Taygetæ simul os terris ostendit honestum  
 Pleias, et Oceani spretos pede repulit amnes;  
 Aut eadem sidus fugiens ubi Piscis aquosi  
 Tristior hibernas cœlo descendit in undas. 235  
 Illis ira modum supra est, læsæque venenum  
 Morsibus inspirant, et spicula cæca relinquunt  
 Adfixæ venis, animasque in vulnere ponunt.  
 Sin duram metues hiemem parcesque futuro,  
 Contusosque animos et res miserabere fractas: 240  
 At suffire thymo cerasque recidere inanes  
 Quis dubitet? Nam sæpe favos ignotus adedit  
 Stello, et lucifugis congesta cubilia blattis,  
 Immunisque sedens aliena ad pabula fucus;  
 Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis, 245  
 Aut dirum, tineæ, genus: aut invisæ Minervæ  
 Laxos in foribus suspendit aranea casset.  
 Quo magis exhaustæ fuerint, hoc acrius omnes  
 Incumbent generis lapsi sarcire ruinas,  
 Complebuntque foros, et floribus horrea texent. 250

- Si vero, quoniam casus apibus quoque nostros  
 Vita tulit, tristi languebunt corpora morbo;  
 Quod jam non dubiis poteris cognoscere signis:  
 Continuo est ægris alius color; horrida voltum  
 215 Deformat macies; tum corpora luce carentum 255  
 Exportant tectis, et tristia funera ducunt;  
 Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,  
 Aut intus clausis cunctantur in ædibus, omnes  
 Ignavæque fame et contracto frigore pigræ.  
 220 Tum sonus auditur gravior, tractimque susurrant; 260  
 Frigidus ut quondam silvis immurmurat Auster;  
 Ut mare sollicitum stridet refluentibus undis;  
 Æstuat ut clausis rapidus fornacibus ignis.  
 225 Hic jam galbaneos suadebo incendere odores, 265  
 Mellaque arundineis inferre canalibus, ultro  
 Hortantem et fessas ad pabula nota vocantem.  
 Proderit et tunsum gallæ admiscere saporem  
 Arentesque rosas, aut igni pingua multo  
 Defruta, vel Psithia passos de vite racemos,  
 230 Cecropiumque thymum, et grave olentia centaurea. 270  
 Est etiam flos in pratis, cui nomen amello  
 Fecere agricolæ, facilis quærentibus herba;  
 Namque uno ingentem tollit de cespite silvam,  
 Aureus ipse, sed in foliis, quæ plurima circum  
 235 Funduntur, violæ subluceat purpura nigræ; 275  
 Sæpe deum nexis ornata torquibus aræ;  
 Asper in ore sapor; tonsis in vallibus illum  
 Pastores et curva legunt prope flumina Mellæ.  
 Hujus odorato radices incoque Baccho,  
 40 Pabulaque in foribus plenis appone canistris. 280  
 Sed si quem proles subito defecerit omnis,  
 Nec, genus unde novæ stirpis revocetur, habebit;  
 Tempus et Arcadii memoranda inventa magistri  
 Pandere, quoque modo cæsis jam sæpe juvencis  
 45 Insincerus apes tulerit cruor. Altius omnem 285  
 Expediam prima repetens ab origine famam.  
 Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi  
 Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,  
 Et circum pictis vehitur sua rura faselis;  
 50 Quaque pharetrata vicinia Persidis urguet, 290  
 Et diversa ruens septem discurrit in ora

Usque coloratis amnis devexus ab Indis,  
 Et viridem Ægyptum nigra fecundat arena ;  
 Omnis in hac certam regio jacit arte salutem.  
 Exiguus primum atque ipsos contractus ad usus 295  
 Eligitur locus; hunc angustique imbrice tecti  
 Parietibusque premunt artis, et quatuor addunt,  
 Quatuor a ventis obliqua luce fenestras.  
 Tum vitulus, bima curvans jam cornua fronte,  
 Quæritur ; huic geminæ nares et spiritus oris 300  
 Multa reluctanti obstruitur, plagisque peremto  
 Tunsæ per integram solvuntur viscera pellem.  
 Sic positum in clauso linqunt, et ramea costis  
 Subjiciunt fragmenta, thymum casiasque recentes.  
 Hoc geritur, Zephyris primum impellentibus undas, 305  
 Ante novis rubeant quam prata coloribus, ante  
 Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.  
 Interea teneris tepefactus in ossibus humor  
 Æstuat ; et visenda modis animalia miris,  
 Trunca pedum primo, mox et stridentia pennis, 310  
 Miscentur, tenuemque magis magis aëra carpunt ;  
 Donec, ut æstivis effusus nubibus imber,  
 Erupere, aut ut, nervo pulsante, sagittæ,  
 Prima leves ineunt si quando prælia Parthi.  
 Quis deus hanc, Musæ, quis nobis extudit artem? 315  
 Unde nova ingressus hominum experientia cepit ?  
 Pastor Aristæus fugiens Peneïa Tempe,  
 Amissis, ut fama, apibus morboque fameque,  
 Tristis ad extremi sacrum caput adstitit amnis,  
 Multa querens, atque hac adfatus voce parentem : 320  
 Mater, Cyrene mater, quæ gurgitis hujus  
 Ima tenes, quid me præclara stirpe deorum  
 Si modo, quem perhibes, pater est Thymbræus Apollo,  
 Invisum fatis genuisti ? Aut quo tibi nostri  
 Pulsus amor ? Quid me cælum sperare jubebas ? 325  
 En etiam hunc ipsum vitæ mortalis honorem,  
 Quem mihi vix frugum et pecudum custodia sollers  
 Omnia tentanti extuderat, te matre, relinquo.  
 Quin age, et ipsa manu felices erue silvas ;  
 Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes ; 330  
 Ure sata, et validam in vites molire bipennem ;  
 Tanta mææ si te ceperunt tædia laudis.

|     |                                                                                                                                                                                                                                                 |     |
|-----|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----|
|     | At mater sonitum thalamo sub fluminis alti<br>Sensit. Eam circum Milesia vellera Nymphæ<br>Carpebant, hyali saturo fucata colore,                                                                                                               | 335 |
| 295 | Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque,<br>Cæsariem effusæ nitidam per candida colla ;<br>Nesæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,<br>Cydippeque, et flava Lycorias ; altera virgo,                                                        |     |
| 300 | Altera tum primos Lucinæ experta labores;<br>Clioque et Beroë, soror, Oceanitides ambæ,<br>Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ ;<br>Atque Ephyre, atque Opis, et Asia Deïopea,<br>Et tandem positis velox Arethusa sagittis.               | 340 |
| 305 | Inter quas curam Clymene narrabat inanem<br>Vulcani, Martisque dolos et dulcia furta ;<br>Aque Chao densos divum numerabat amores.<br>Carmine quo captæ dum fuis mollia pensa<br>Devolvunt, iterum maternas impulit aures                       | 345 |
| 310 | Luctus Aristæi, vitreisque sedilibus omnes<br>Obstupere; sed ante alias Arethusa sorores<br>Prospiciens summa flavum caput extulit unda,<br>Et procul: O gemitu non frustra exterrita tanto,<br>Cyrene soror, ipse tibi, tua maxima cura,       | 350 |
| 315 | Tristis Aristæus Penei genitoris ad undam<br>Stat lacrimans, et te crudelem nomine dicit.<br>Huic percussa nova mentem formidine mater,<br>Duc, age, duc ad nos; fas illi limina divum<br>Tangere, ait: simul alta jubet discedere late         | 355 |
| 20  | Flumina, qua juvenis gressus inferret. At illum<br>Curvata in montis faciem circumstetit unda,<br>Accepitque sinu vasto, misitque sub amnem.<br>Jamque domum mirans genetricis et humida regna<br>Speluncisque lacus clausos lucosque sonantes, | 360 |
| lo, | Ibat et, ingenti motu stupefactus aquarum,                                                                                                                                                                                                      | 365 |
| 25  | Omnia sub magna labentia flumina terra<br>Spectabat diversa locis, Phasimque, Lycumque,<br>Et caput, unde altus primum se erumpit Enipeus,<br>Unde pater Tiberinus, et unde Aniena fluenta,<br>Saxosumque sonans Hypanis, Mysusque Cæicus,      | 370 |
| 30  | Et gemina auratus taurino cornua vultu<br>Eridanus, quo non alius per pingua culta<br>In mare purpureum violentior effluit amnis.                                                                                                               |     |

Postquam est in thalami pendentia pumice tecta  
 Perventum, et nati fletus cognovit inanes 375  
 Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontes  
 Germanæ, tonsisque ferunt mantelia villis;  
 Pars epulis onerant mensas, et plena reponunt  
 Pocula; Panchæis adolescentum ignibus aræ;  
 Et mater, Cape Mæonii carchesia Bacchi: 380  
 Oceano libemus! ait. Simul ipsa precatur  
 Oceanumque patrem rerum, Nymphasque sorores,  
 Centum quæ silvas, centum quæ flumina servant.  
 Ter liquido ardentem perfudit noctare Vestam,  
 Ter flamma ad summum tecti subjecta reluxit; 385  
 Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa:  
 Est in Carpathio Neptuni gurgite vates  
 Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor  
 Et juncto bipedum curru metitur equorum.  
 Hic nunc Emathiæ portus patriamque revisit 390  
 Pallenen. Hunc et Nymphæ veneramur, et ipse  
 Grandævus Nereus; novit namque omnia vates,  
 Quæ sunt, quæ fuerunt, quæ mox ventura trahuntur.  
 Quippe ita Neptuno visum est, immania cujus 395  
 Armenta et turpes pascit sub gurgite phocas.  
 Hic tibi, nate, prius vinclis capiendus, ut omnem  
 Expediat morbi causam, eventusque secundet.  
 Nam sine vi non ulla dabit præcepta, neque illum  
 Orando flectes: vim duram et vincula capto  
 Tende; doli circum hæc demum frangentur inanes.  
 Ipsa ego te, medios cum Sol accenderit æstus, 401  
 Cum sitiunt herbæ, et pecori jam gratior umbra est,  
 In secreta senis ducam, quo fessus ab undis  
 Se recipit, facile ut somno adgrediare jacentem.  
 Verum ubi correptum manibus vinclisque tenebis, 405  
 Tum variæ eludent species atque ora ferarum.  
 Fiet enim subito sus horridus, atraque tigris,  
 Squamosusque draco, et fulva cervice læna;  
 Aut acrem flammæ sonitum dabit atque ita vinclis  
 Excidet; aut in aquas tenues dilapsus abibit. 410  
 Sed, quanto ille magis formas se vertet in omnes,  
 Tanto, nate, magis contende tenacia vincla,  
 Donec talis erit, mutato corpore, qualem  
 Videris, incepto tegetet cum lumina somno.

Hæc ait, et liquidum ambrosiæ diffundit odorem,  
 Quo totum nati corpus perduxit; at illi 416  
 Dulcis compositis spiravit crinibus aura,  
 Atque habilis membris venit vigor. Est specus ingens  
 Exesi latere in montis, quo plurima vento  
 Cogitur inque sinus scindit sese unda reductos, 420  
 Deprensus olim statio tutissima nautis;  
 Intus se vasti Proteus tegit objice saxi.  
 Hic juvenem in latebris aversum a lumine Nympha  
 Collocat; ipsa procul nebulis obscura resistit.  
 Jam rapidus torrens sitientes Sirius Indos 425  
 Ardebat; cælo et medium Sol igneus orbem  
 Hauserat, arebant herbæ, et cava flumina siccis  
 Faucibus ad limum radii tepefacta coquebant:  
 Cum Proteus consueta petens e fluctibus antra  
 Ibat; eum vasti circum gens humida ponti 430  
 Exultans rorem late dispersit amarum.  
 Sternunt se somno diversæ in litore phocæ;  
 Ipse, velut stabuli custos in montibus olim,  
 Vesper ubi e pastu vitulos ad tecta reducit,  
 Auditisque lupos acuunt balatibus agni, 435  
 Considit scopulo medius, numerumque recenset.  
 Cujus Aristæo quoniam est oblata facultas,  
 Vix defessa senem passus componere membra,  
 Cum clamore ruit magno, manicisque jacentem  
 Occupat. Ille suæ contra non immemor artis, 440  
 Omnia transformat sese in miracula rerum,  
 Ignemque, horribilemque feram, fluviumque liquentem.  
 Verum ubi nulla fugam reperit fallacia, victus  
 In sese redit, atque hominis tandem ore locutus:  
 Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras 445  
 Jussit adire domos? quidve hinc petis? inquit. At ille:  
 Scis, Proteu, scis ipse; neque est te fallere quidquam;  
 Sed tu desine velle. Deum præcepta secuti  
 Venimus; hinc lapsis quæsitum oracula rebus.  
 Tantum effatus. Ad hæc vates vi denique multa 450  
 Ardentes oculos intorsit lumine glauco,  
 Et graviter frendens sic fatis ora resolvit:  
 Non te nullius exercent numinis iræ.  
 Magna luis commissa: tibi has miserabilis Orpheus  
 Haudquaquam ob meritum pœnas, ni fata resistant,

- Suscitat, et rapta graviter pro conjuge sævit. 456  
 Illa quidem, dum te fugeret per flumina præceps,  
 Immanem ante pedes hydrum moritura puella  
 Servantem ripas alta non vidit in herba.  
 At chorus æqualis Dryadum clamore supremos 460  
 Implerunt montes; flerunt Rhodopeiæ arces,  
 Altaque Pangæa, et Rhesi Mavortia tellus,  
 Atque Getæ, atque Hebrus, et Actias Orithyia.  
 Ipse, cava solans ægrum testudine amorem,  
 Te, dulcis conjux, te solo in litore secum, 465  
 Te veniente die, te decedente canebat.  
 Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis,  
 Et caligantem nigra formidine lucum  
 Ingressus, Manesque adiit regemque tremendum,  
 Nesciaque humanis precibus mansuescere corda. 470  
 At cantu commotæ Erebi de sedibus imis  
 Umbrae ibant tenues simulacraque luce carentum:  
 Quam multa in foliis avium se millia condunt,  
 Vesper ubi aut hibernus agit de montibus imber:  
 Matres, atque viri, defunctaque corpora vita 475  
 Magnanimum heroum, pueri, innuptæque puellæ,  
 Impositique rogis juvenes ante ora parentum;  
 Quos circum limus niger et deformis arundo  
 Cocyti, tarda que palus inamabilis unda  
 Alligat, et novies Styx interfusa coercet. 480  
 Quin ipsæ stupuere domus atque intima Leti  
 Tartara, Cæruleosque implexæ crinibus angues  
 Eumenides, tenuitque inhiens tria Cerberus ora,  
 Atque Ixionii vento rota constitit orbis.  
 Jamque pedem referens casus evaserat omnes, 485  
 Redditaque Eurydice superas veniebat ad auras,  
 Pone sequens—namque hanc dederat Proserpina legem—  
 Cum subita incautum dementia cepit amantem,  
 Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes:  
 Restitit, Eurydicenque suam luce sub ipsa, 490  
 Immemor heu! victusque animi, respexit. Ibi omnis  
 Effusus labor, atque immitis rupta tyranni  
 Fœdera, terque fragor stagnis auditus Avernis.  
 Illa, Quis et me, inquit, miseram et te perdidit, Orpheu?  
 Quis tantus furor? En iterum crudelia retro 495  
 Fata vocant, conditque natantia lumina somnus.

- 456 Jamque vale; feror ingenti circumdata nocte,  
 Invalidasque tibi tendens, heu! non tua, palmas.  
 Dixit, et ex oculis subito ceu fumus in auras  
 Commixtus tenues, fugit diversa; neque illum, 500  
 460 Prensantem nequidquam umbras, et multa volentem  
 Dicere, præterea vidit; nec portitor Orci  
 Amplius objectam passus transire paludem.  
 Quid faceret? quo se, rapta bis conjuge, ferret?  
 Quo fletu Manes, qua Numina voce moveret? 505  
 465 Illa quidem Stygia nabat jam frigida cymba.  
 Septem illum totos perhibent ex ordine menses  
 Rupe sub aëria deserti ad Strymonis undam  
 Flevisse, et gelidis hæc evolvisse sub antris,  
 Mulcentem tigres, et agentem carmine quercus: 510  
 470 Qualis populea mœrens Philomela sub umbra  
 Amissos queritur fetus, quos durus arator  
 Observans nido implumes detraxit: at illa  
 Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen  
 Integrat, et mœstis late loca questibus implet. 515  
 475 Nulla Venus, non ulli animum flexere Hymenæi.  
 Solus Hyperboreas glacies Tanaimque nivalem,  
 Arvaque Rhipæis numquam viduata pruinis  
 Lustrabat, raptam Eurydicen atque irrita Ditis  
 Dona querens: spretæ Ciconum quo munere matres 520  
 480 Inter sacra deum nocturnique orgia Bacchi,  
 Discerptum latos juvenem sparsere per agros.  
 Tuo quoque, marmorea caput a cervice revolsum  
 Gurgite cum medio portans Œagrius Hebrus  
 Volveret, Eurydicen vox ipsa et frigida lingua, 525  
 485 Ah miseram Eurydicen! anima fugiente vocabat;  
 Eurydicen toto referebant flumine ripæ.  
 Hæc Proteus: et se jactu dedit æquor in altum;  
 Quaque dedit, spumantem undam sub vertice torsit.  
 At non Cyrene; namque ultro adfata timentem: 530  
 Nate, licet tristes animo deponere curas.  
 Hæc omnis morbi causa; hinc miserabile Nymphæ,  
 Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,  
 Exitium misere apibus. Tu munera supplex  
 Tende, petens pacem, et faciles venerare Napæas. 535  
 Namque dabunt veniam votis, irasque remittent.  
 Sed, modus orandi qui sit, prius ordine dicam.

Quatuor eximios præstanti corpore tauros,  
 Qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycæi,  
 Delige, et intacta totidem cervice juvencas. 540  
 Quatuor his aras alta ad delubra dearum  
 Constitue, et sacrum jugulis demitte cruorem;  
 Corporaque ipsa boum frondoso desere luco.  
 Post ubi nona suos Aurora ostenderit ortus,  
 Inferias Orphei Lethæa papavera mittes, 545  
 Et nigram mactabis ovem, lucumque revises;  
 Placatam Eurydicen vitula venerabere cæsa.  
 Haud mora: continuo matris præcepta facessit.  
 Ad delubra venit; monstratas excitat aras;  
 Quatuor eximios præstanti corpore tauros 550  
 Ducit, et intacta totidem cervice juvencas.  
 Post, ubi nona suos Aurora induxerat ortus,  
 Inferias Orphei mittit, lucumque revisit.  
 Hic vero subitum ac dictu mirabile monstrum  
 Adspiciunt, liquefacta boum per viscera toto 555  
 Stridere apes utero, et ruptis effervere costis;  
 Immensasque trahi nubes; jamque arbore summa  
 Confluere et lentis uvam demittere ramis.  
 Hæc super arborum cultu pecorumque canebam,  
 Et super arboribus, Cæsar dum magnus ad altum 560  
 Fulminat Euphratem bello, victorque volentes  
 Per populos dat jura, viamque adiectat Olympo.  
 Illo Virgilium me tempore dulcis alebat  
 Parthenope, studiis florentem ignobilis oti :  
 Carmina qui lusi pastorum, audaxque juvena, 565  
 Tityre, te patulæ cecini sub tegmine fagi.

## LATIN CLASSICS.

**CHEAP COLONIAL EDITIONS**

FOR

COLLEGES AND SCHOOLS.

540

545

550

Although the great improvements in the Printing Art have done so much to add to the appearance of Books, and also to diminish the cost, yet the price still forms rather a serious item in the expense of education. This is particularly the case in editions of the Greek and Latin Classics. There is no want of excellence in many of these, but they are generally either so comprehensive or so extended by annotations, that the price is an obstacle to those who, entertaining enlarged views of the advantages of education, have not means commensurate with their wishes. It is, therefore, the intention of the Subscribers, to publish neat and correct editions of such detached portions of the Classic authors as are usually read in Schools and Colleges. This plan has been tried in England, and has been attended with marked success.

555

To those who are obliged to study economy in education, these editions will be recommended by their cheapness, their accuracy and their being limited in their extent to that which is absolutely necessary.

560

To those, who either possess, or can afford to possess more expensive editions, these little copies will be offered as a means of saving the others from that speedy injury or destruction which befalls books in the daily transit between home and school. They will be more portable and convenient, more fair and scholarlike in the class-room—not open to the just and reasonable objection which Tutors make to editions so charged with notes, that they almost amount to a translation.

565

Some years ago, the Subscribers made the attempt to introduce a uniform series of Books into the Common Schools of Canada. Their design was heartily seconded by the Board of Education in Ireland, who promptly and with the utmost liberality placed the copyright of their valuable Text Books at their disposal. At a very considerable expense of labour and money, the Subscribers, in a shorter period than they anticipated, succeeded in introducing the Books into almost every section of the Province. Since then the indefatigable and intelligent Superintendent of Education in Canada West, who, at an early period, expressed to the Subscribers his favourable opinion of these Books, having himself obtained permission to reprint them, delegated the right to other Booksellers in Canada, by whom, and by the Subscribers, under their original grant from the Irish Board, the Province is now abundantly supplied with these excellent Books.

The success which attended this experiment to improve and render uniform the Books used in the Common Schools of Canada, has emboldened the Subscribers to undertake the publication of

the Classical series now announced for the use of Colleges, High Schools, District and Grammar Schools.

The first numbers of the series will consist of the following :—

|                                                |                       |
|------------------------------------------------|-----------------------|
| Excerpts from Cornelius Nepos.                 | The Fasti of Ovid.    |
| The First Four Books of Cæsar.                 | Cicero de Amicitia.   |
| The Georgics of Virgil.                        | Cicero de Senectute.  |
| The Third and Fourth Books of Quintus Curtius. | Taciti Agricola.      |
|                                                | Excerpts from Horace. |

To be followed in rapid succession by Sallust's History of Cataline's Conspiracy, the first four Books of Virgil's Æneid, and other Standard Text Books.

The price of each will vary from 9d. to 1s. 9d. currency according to the quantity of printed matter in each.

Orders for copies will be executed by the Booksellers throughout Canada, or by the Publishers.

ARMOUR & RAMSAY.

## NATIONAL SCHOOL BOOKS.

Since the Subscribers published this valuable series, only a few years ago, the demand has so steadily increased, as to require the issue of several large editions. The present have been carefully revised and freed from typographical errors. The Introduction to Geography has been greatly improved, and the Sequel to the Second Book has been lately added to the series. Teachers will find this last named book of great service to them in preparing the way for the use of the Third Book.

|                                            |                                                                                            |
|--------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------|
| General Lessons, to be hung up in Schools. | First Book of Arithmetic and Key.                                                          |
| First Book of Lessons.                     | English Grammar and Key.                                                                   |
| Second Book of Lessons.                    | Book-keeping and Key.                                                                      |
| Sequel to the Second Book.                 | Treatise on Mensuration, for the use of Teachers.                                          |
| Third Book of Lessons.                     | Elements of Geometry.                                                                      |
| Fourth Book of Lessons.                    | Introduction to Geography and History, with Maps, Plates, &c., new edition, much improved. |
| Fifth Book of Lessons.                     |                                                                                            |
| Truth of Christianity.                     |                                                                                            |

The Subscribers also publish editions of the following popular SCHOOL BOOKS :

|                                      |                                    |
|--------------------------------------|------------------------------------|
| The Canadian Primer, by Peter Parley | Murray's English Small Grammar.    |
| Manson's Primer.                     | The Shorter Catechism.             |
| First Reading Book.                  | Ditto with Proofs.                 |
| Second ditto.                        | Catechism of Universal History.    |
| Third ditto.                         | Ditto of History of England.       |
| Mavor's Spelling Book.               | Ditto of Geography.                |
| Carpenter's ditto.                   | Walkingame's Arithmetic.           |
| Webster's ditto.                     | Walker's Dictionary.               |
| Murray's English Reader.             | Canadian School Atlas.             |
| Murray's Large Grammar.              | Ewing's Canadian School Geography. |

## OUTLINED MAPS FOR SCHOOL ROOMS.

By an arrangement with the Edinburgh Publishers, the Subscribers are enabled to sell at the remarkably low price of 6s. 8d. each, a series of outlined Maps lately produced for the use of Schools and Colleges in Scotland.

ARMOUR & RAMSAY.

Q. HORATII FLACCI

C A R M I N A

---


CAREFULLY REVISED.

---

MONTREAL :  
ARMOUR & RAMSAY.

---

1849.



Q. HORATHII FLACCI  
C A R M I N U M

LIBER I.

ODE I.—*Ad Maecenatem.*

—MAECENAS, atavis edite regibus,  
O et praesidium et dulce decus meum !  
Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum  
Collegisse juvat, metaque fervidis  
Evitata rotis, palmaque nobilis, 5  
Terrarum dominos, evehit ad deos :  
Hunc, si mobilium turba Quiritium  
Certat tergeminis tollere honoribus :  
Illum, si proprio condidit horreo  
Quidquid de Libycis verritur areis. 10  
Gaudentem patrios findere sarculo }  
Agros Attalicis conditionibus  
Nunquam dimoveas, ut trabe Cypria  
Myrtoum pavidus nauta secet mare.  
Luctantem Icaris fluctibus Africum 15  
Mercator metuens, otium et oppidi  
Laudat rura sui : mox reficit rates  
Quassas, indocilis pauperiem pati.  
Est, qui nec veteris pocula Massici,  
Nec partem solido demere de die, 20  
Spernit ; nunc viridi membra sub arbuto  
Stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.  
Multos castra juvant, et lituo tubae  
Permixtus sonitus, bellaque, matribus  
Detestata. Manet sub Jove frigido 25  
Venator, tenerae conjugis immemor ;  
Seu visa est catulis cerva fidelibus,  
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.  
Me doctarum hederæ præmia frontium  
Dis miscent superis ; me gelidum nemus, 30

Nympharumque leves cum Satyris chori  
 Secernunt populo : si neque tibias  
 Euterpe cohibet, nec Polyhymnia  
 Lesboum refugit tendere barbiton.  
 Quod si me Lyricis vatibus inseris, 35  
 Sublimi feriam sidera vertice.

ODE II.—*Ad Augustum Caesarem.*

JAM satis terris nivis atque dirae  
 Grandinis misit Pater ; et, rubente  
 Dextera sacras jaculatus arces,  
 Terruit urbem, 5  
 Terruit gentes, grave ne rediret  
 Saeculum Pyrrhae, nova monstra questae ;  
 Omne cum Proteus pecus egit altos  
 Visere montes,  
 Piscium et summa genus haesit ulmo, 10  
 Nota quae sedes fuerat columbis ;  
 Et superjecto pavidae natarunt  
 Aequore damae.  
 Vidimus flavum Tiberim, retortis  
 Littore Etrusco violenter undis,  
 Ire dejectum monumenta regis, 15  
 Templaque Vestae ;  
 Iliae dum se nimium querenti  
 Jactat ultorem, vagus et sinistra  
 Labitur ripa, Jove non probante, u-  
 xorius amnis. 20  
 Audiet cives acuisse ferrum,  
 Quo graves Persae melius perirent ;  
 Audiet pugnas, vitio parentum  
 Rara, juventis.  
 Quem vocet divum populus ruentis 25  
 Imperi rebus ? prece qua fatigent  
 Virgines sanctae minus audientem  
 Carmina Vestam ?  
 Cui dabit partes scelus expiandi  
 Jupiter ? Tandem venias, precamur, 30  
 Nube candentes humeros amictus,  
 Augur Apollo :  
 Sive tu mavis, Erycina ridens,

Quam Jocus circumvolat, et Cupido :  
 Sive neglectum genus et nepotes 35  
     Respicias, auctor,  
 35 Heu ! nimis longo satiate ludo,  
 Quem juvat clamor, galeaeque leves,  
 Acer et Mauri peditis cruentum  
     Vultus in hostem. 40  
 Sive mutata juvenem figura,  
 Ales, in terris imitaris, almae  
 Filius Maiaë, patiens vocari  
     Caesaris ultor ;  
 5 Serus in coelum redeas, diuque 45  
 Laetus intersis populo Quirini,  
 Neve te, nostris vitiis iniquum,  
     Ocior aura  
 10 Tollat. Hic magnos potius triumphos,  
 Hic ames dici Pater atque Princeps ; 50  
 Neu sinas Medos equitare inultos,  
     Te duce, Caesar.

ODE III.—*Ad Navem qua vehebatur Virgilius Athenas proficiscens.*

15 Sic te diva potens Cypri,  
 Sic fratres Helenae, lucida sidera,  
     Ventorumque regat pater,  
 Obstrictis aliis praeter Iapyga,  
 20 Navis, quae tibi creditum 5  
 Debes Virgilium, finibus Atticis  
     Reddas incolumem, precor,  
 Et serves animae dimidium meae.  
     Illi robur et aes triplex  
 25 Circa pectus erat, qui fragilem truci 10  
     Commisit pelago ratem  
 Primus, nec timuit praecipitem Africum  
     Decertantem Aquilonibus,  
 Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti ;  
 30 Quo non arbiter Hadriae 15  
 Major, tollere seu ponere vult freta.  
     Quem mortis timuit gradum,  
 Qui siccis oculis monstra natantia,  
     Qui vidit mare turgidum, et

|                                        |    |
|----------------------------------------|----|
| Infames scopulos, Acroceraunia ?       | 20 |
| Nequicquam Deus abscedit               |    |
| Prudens Oceano dissociabili            |    |
| Terras, si tamen. impiae               |    |
| Non tangenda rates transiliunt vada.   |    |
| Audax omnia perpeti,                   | 25 |
| Gens humana ruit per vetitum nefas.    |    |
| Audax Iapeti genus                     |    |
| Ignem fraude mala gentibus intulit.    |    |
| Post ignem aetheria domo               |    |
| Subductum Macies et nova Febrium       | 30 |
| Terris incubuit cohors ;               |    |
| Semotique prius tarda necessitas       |    |
| Leti corripuit gradum.                 |    |
| Expertus vacuum Daedalus aëra          |    |
| Pennis, non homini datis.              | 35 |
| Perrupit Acheronta Herculeus labor.    |    |
| Nil mortalibus arduum est.             |    |
| Coelum ipsum petimus stultitia ; neque |    |
| Per nostrum patimur scelus             |    |
| Iracunda Jovem ponere fulmina.         | 40 |

ODE IV.—*Ad L. Sestium.*

|                                                       |    |
|-------------------------------------------------------|----|
| SOLVITUR acris hiems grata vice veris et Favoni,      |    |
| Trahuntque siccas machinae carinas :                  |    |
| Ac neque jam stabulis gaudet pecus, aut arator igni ; |    |
| Nec prata canis albicant pruinis.                     |    |
| Jam Cytherea choros ducit Venus, imminente Luna ;     | 5  |
| Junctaeque nymphis Gratiae decentes                   |    |
| Alterno terram quatunt pede : dum graves Cyclopum     |    |
| Vulcanus ardens urit officinas.                       |    |
| Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto,   |    |
| Aut flore, terrae quem ferunt solutae.                | 10 |
| Nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis,       |    |
| Seu poscat agna, sive malit haedo.                    |    |
| Pallida Mors aequo pulsat pede pauperum tabernas,     |    |
| Regumque turres. O beate Sexti !                      |    |
| Vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam.    | 15 |
| Jam te premet nox, fabulaeque Manes,                  |    |
| Et domus exilis Plutonia : quo simul mearis,          |    |
| Nec regna vini sortiere talis,                        |    |
| Nec tenerum Lycidan mirabere, quo calet juvenus       |    |
| Nunc omnis, et mox virgines tepebunt.                 | 20 |

20

ODE V.—*Ad Pyrrham.*

QUIS multa gracilis te puer in rosa  
 Perfusus liquidis arguet odoribus  
 Grato, Pyrrha, sub antro ?  
 25 Cui flavam religas comam,  
 Simplex munditiis ? heu ! quoties fidem 5  
 Mutatosque deos flebit, et aspera  
 Nigris aequora ventis  
 Emirabitur insolens,  
 30 Qui nunc te fruitur credulus aurea ;  
 Qui semper vacuum, semper amabilem, 10  
 Sperat, nescius aurae  
 Fallacis ! Miseri, quibus  
 Intentata nites ! Me, tabula sacer  
 35 Votiva paries indicat, uvida  
 Suspendisse potenti 15  
 Vestimenta maris deo.

40

ODE VI.—*Ad Agrippam.*

SCRIBERIS Vario fortis et hostium  
 Victor, Maeonii carminis alite,  
 Quam rem cumque ferox, navibus aut equis,  
 Miles, te duce, gesserit.  
 ; Nos, Agrippa, neque haec dicere, nec gravem 5  
 ; 5 Pelidae stomachum, cedere nescii,  
 n Nec cursus duplicis per mare Ulixei,  
 Nec saevam Pelopis domum,  
 Conamur, tenues grandia : dum pudor,  
 10 Imbellisque lyrae Musa potens, vetat 10  
 10 Laudes egregii Caesaris, et tuas,  
 Culpa deterere ingeni.  
 Quis Martem tunica tectum adamantina  
 Digne scripserit ? aut pulvere Troïco  
 15 Nigrum Merionen ? aut ope Palladis 15  
 Tydiden superis parem ?  
 Nos convivia, nos proelia virginum  
 Sectis in juvenes unguibus acrium  
 Cantamus, vacui, sive quid urimur,  
 20 Non praeter solitum leves. 20

20

ODE VII.—*Ad Munatium Plancum.*

|                                                                                                                                                                                         |    |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| LAUDABUNT alii claram Rhodon, aut Mitylenen,<br>Aut Ephesum, bimarisque Corinthi<br>Moenia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos<br>Insignes, aut Thessala Tempe.                    |    |
| Sunt quibus unum opus est intactae Palladis arces<br>Carmine perpetuo celebrare.                                                                                                        | 5  |
| Indeque decerptam fronti praeponere olivam.<br>Plurimus in Junonis honorem<br>Aptum dicit equis Argos, ditesque Mycenae.                                                                |    |
| Me nec tam patiens Lacedaemon,<br>Nec tam Larissae percussit campus opimae,<br>Quam domus Albunae resonantis,<br>Et praeceps Anio, ac Tiburni lucus, et uda<br>Mobilibus pomaria rivis. | 10 |
| Albus ut obscuro deterget nubila coelo<br>Saepe Notus, neque parturit imbres                                                                                                            | 15 |
| Perpetuos : sic tu sapiens finire memento<br>Tristitiam vitaeque labores<br>Molli, Plance, mero : seu te fulgentia signis<br>Castra tenent, seu densa tenebit                           | 20 |
| Tiburis umbra tui. Teucer Salamina patremque<br>Cum fugeret, tamen uda Lyaeo<br>Tempora populea fertur vinxisse corona,<br>Sic tristes affatus amicos :                                 |    |
| Quo nos cumque feret melior Fortuna parente,<br>Ibimus, o socii comitesque !                                                                                                            | 25 |
| Nil desperandum, Teucro duce, et auspice Teucro :<br>Certus enim promisit Apollo<br>Ambiguam tellure nova Salamina futuram.<br>O fortes, pejoraque passi                                | 30 |
| Mecum saepe, viri ! nunc vino pellite curas :<br>Cras ingens iterabimus aequor.                                                                                                         |    |

ODE VIII.—*Ad Lydiam.*

|                                                                                                                                                                   |   |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---|
| LYDIA, dic, per omnes<br>Te deos oro, Sybarin cur properes amando<br>Perdere ; cur apricum<br>Oderit campum, patiens pulveris atque solis.<br>Cur neque militaris | 5 |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---|

Inter aequales equitat, Gallica nec lupatis  
 Temperat ora Irenis ?  
 Cur timet flavum Tiberim tangere ? cur olivum  
 Sanguine viperino  
 Cautius vitat, neque jam livida gestat armis  
 Brachia, saepe disco, 10  
 Saepe trans finem jaculo nobilis expedito ?  
 Quid latet, ut marinae  
 Filium dicunt Thetidjs sub lacrimosa Trojae  
 Funera, ne virilis 15  
 Cultus in caedem et Lycias proriperet catervas ?

ODE IX.—*Ad Thaliarchum.*

VIDES, ut alta stet nive candidum  
 Soracte, nec jam sustineant onus  
 Silvae laborantes, geluque  
 Flumina constiterint acuto. 15  
 Dissolve frigus, ligna super foco  
 Large reponens ; atque benignius  
 Deprone quadrimum Sabina,  
 O Thaliarche ! merum diota.  
 20 Permite divis cetera ; qui simul  
 Stravere ventos aequore fervido  
 Deproeliantes, nec cupressi  
 Nec veteres agitantur orni.  
 25 Quid sit futurum cras, fuge quaerere, et,  
 Quem Fors dierum cumque dabit, lucro  
 Appone ; nec dulces amores  
 Sperne puer, neque tu choreas, 15  
 Donec virenti canities abest  
 Morosa. Nunc et campus, et areae,  
 Lenesque sub noctem susurri  
 Composita repetantur hora : 20  
 Nunc et latentis proditor intimo  
 Gratus puellae risus ab angulo,  
 Pignusque dereptum lacertis,  
 Aut digito male pertinaci.

ODE X.—*Ad Mercurium.*

MERCURI, facunde nepos Atlantis,  
 Qui seros cultus hominum recentum

Voce formasti catus, et decorae  
     More palaestrae ;  
 Te canam, magni Jovis et deorum  
 Nuntium, curvaeque lyrae parentem,  
 Callidum, quidquid placuit, jocosum  
     Condere furto. 5  
 Te, boves olim nisi reddidisses  
 Per dolum amotas, puerum minaci  
 Voce dum terret, viduus pharetra,  
     Risit Apollo. 10  
 Quin et Atridas, duce te, superbos,  
 Ilio, dives Priamus, relicto,  
 Thessalosque ignes, et iniqua Trojae  
     Castra fefellit. 15  
 Tu pias laetis animas reponis  
 Sedibus, virgaque levem coerces  
 Aurea turbam, superis deorum  
     Gratus, et imis. 20

ODE XI.—*Ad Leuconoën.*

TU ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi  
 Finem di dederint, Leuconoë ; nec Babylonios  
 Tentaris numeros. Ut melius, quidquid erit, pati !  
 Seu plures hiemes, seu tribuit Jupiter ultimam,  
 Quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare 5  
 Tyrrhenum. Sapias, vina liques, et spatio brevi  
 Spem longam reseces. Dum loquimur, fugerit invida  
 Aetas. Carpe diem, quam minimum credula postero.

ODE XII.—*Ad Augustum.*

QUEM virum, aut heroa, lyra vel acri  
 Tibia sumis celebrare, Clio ?  
 Quem deum ? cujus recinet jocosam  
     Nomen imago,  
 Aut in umbrosis Heliconis oris, 5  
 Aut super Pindo, gelidove in Haemó ?  
 Unde vocalem temere insecutae  
     Orphea silvae,  
 Arte materna rapidos morantem  
 Fluminum lapsus, celeresque ventos, 10

Blandum et auritas fidibus canoris  
Ducere quercus.

5 Quid prius dicam solitis Parentis  
Laudibus, qui res hominum ac deorum,  
Qui mare ac terras variisque mundum  
Temperat horis? 15

10 Unde nil majus generatur ipso;  
Nec viget quidquam simile, aut secundum:  
Proximos illi tamen occupavit  
Pailas honores. 20

15 Proeliis audax, neque te silebo,  
Liber, et saevis inimica Virgo  
Belluis; nec te, metuende certa  
Phoebe sagitta.

20 Dicam et Alciden, puerosque Ledae, 25  
Hunc equis, illum superare pugnis  
Nobilem: quorum simul alba nautis  
Stella refulsit,

Defluit saxis agitatus humor;  
Concidunt venti, fugiuntque nubes;  
Et minax, nam sic voluere, ponto  
Unda recumbit. 30

5 Romulum post hos prius, an quietum  
Pompili regnum memorem, an superbos  
Tarquini fasces, dubito, an Catonis  
Nobile letum. 35

Regulum, et Scauros, animaeque magnae  
Prodigum Paullum, supernate Poeno,  
Gratus insigni referam camena,  
Fabriciumque.

Hunc, et incomitis Curium capillis,  
Utilem bello tulit, et Camillum,  
Saeva paupertas, et avitus apto  
Cum lare fundus.

5 Crescit, occulto velut arbor aevo, 45  
Fama Marcelli: micat inter omnes  
Julium sidus, velut inter ignes  
Luna minores.

10 Gentis humanae pater atque custos,  
Orte Saturno, tibi cura magni 50  
Caesaris fati data: tu secundo

Caesare regnes.  
 Ille, seu Parthos Latio imminentes  
 Egerit justo domitos triumpho,  
 Sive subjectos orientis orae  
 Seras et Indos, 55  
 Te minor latum reget aequus orbem :  
 Tu gravi curru quaties Olympum ;  
 Tu parum castis inimica mittes  
 Fulmina lucis. 60

ODE XIII.—*Ad Lydiam.*

CUM tu, Lydia, Telephi  
 Cervicem roseam, cerea Telephi  
 Laudas brachia, vae ! meum  
 Fervens difficili bile tumet jecur. 5  
 Tunc nec mens mihi, nec color  
 Certa sedè manet ; humor et in genas  
 Furtim labitur, arguens  
 Quam lentis penitus macerer ignibus.  
 Uror, seu tibi candidòs  
 Turparunt humeros immodicae mero 10  
 Rixae ; sive puer surens  
 Impressit memorem dente labris notam.  
 Non, si me satis audias,  
 Speres perpetuum, dulcia barbare  
 Laedentem oscula, quae Venus 15  
 Quinta parte sui nectaris imbuit.  
 Felices ter et amplius,  
 Quos irrupta tenet copula, nec malis  
 Divulsus querimoniis  
 Suprema citius solvet amor die. 20

ODE XIV.—*Ad Rempublicam.*

O NAVIS, referent in mare te novi  
 Fluctus ! O ! quid agis ? fortiter occupa  
 Portum. Nonne vides, ut  
 Nudum remigio latus,  
 Et malus, celeri saucius Africo, 5  
 Antennaeque gemant, ac sine funibus  
 Vix durare carinae

|    |                                                                          |    |
|----|--------------------------------------------------------------------------|----|
|    | Possint imperiosius<br>Aequor? Non tibi sunt integra lintea :            |    |
| 55 | Non dī, quos iterum pressa voces malo.                                   | 10 |
|    | Quamvis Pontica pinus,<br>Silvae filia nobilis,                          |    |
|    | Jactes et genus et nomen inutile ;<br>Nil pictis timidus navita puppibus |    |
| 60 | Fidit: tu, nisi ventis                                                   | 15 |
|    | Debes ludibrium, cave.                                                   |    |
|    | Nuper sollicitum quae mihi taedium,<br>Nunc desiderium, curaque levis,   |    |
|    | Interfusa nitentes                                                       |    |
|    | Vites aequora Cycladas.                                                  | 20 |

ODE XV.—*Nerei Vaticinium.*

|    |                                                                                                              |    |
|----|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| 5  | PASTOR cum traheret per freta navibus<br>Idaeis Helenen perfidus hospitam ;<br>Ingrato celeres obruit otio   |    |
|    | Ventos, ut caneret fera                                                                                      |    |
| 10 | Nereus fata : Mala ducis avi domum,<br>Quam multo repetet Graecia milite,<br>Conjurata tuas rumpere nuptias, | 5  |
|    | Et regnum Priami vetus.                                                                                      |    |
|    | Eheu, quantus equis, quantus adest viris<br>Sudor! quanta moves funera Dardanae                              | 10 |
| 15 | Genti! Jam galeam Pallas et aegida<br>Currusque et rabiem parat.                                             |    |
|    | Nequicquam, Veneris praesidio ferox,<br>Pectus caesariem, grataque feminis                                   |    |
| 20 | Imbelli cithara carmina divides ;                                                                            | 15 |
|    | Nequicquam thalamo graves<br>Hastas, et calami spicula Gnosii,<br>Vitabis, strepitumque, et celerem sequi    |    |
|    | Ajacem : tamen, heu! serus adulteros                                                                         |    |
|    | Crines pulvere collines.                                                                                     | 20 |
|    | Non Laërtiaden, exitium tuae<br>Gentis, non Pylum Nestora respicis ?                                         |    |
| 5  | Urguent impavidi te Salaminus<br>Teucer, te Sthenelus, sciens                                                |    |
|    | Pugnae, sive opus est imperitare equis,<br>Non auriga piger. Merionem quoque                                 | 25 |

Nosces. Ecce furit te reperire atrox  
 Tydides, melior patre :  
 Quem tu, cervus uti vallis in altera  
 Visum parte lupum graminis immemor, 30  
 Sublimi fugies mollis anhelitu,  
 Non hoc pollicitus tuae.  
 Iracunda diem proferet Ilio,  
 Matronisque Phrygum, classis Achillei :  
 Post certas hiemes uret Achaicus 35  
 Ignis Pergameas domos.

ODE XVI.—*Palinodia.*

O MATRE pulchra filia pulchrior,  
 Quem criminosis cumque voles modum  
 Pones iambis ; sive flamma,  
 Sive mari libet Hadriano.  
 Non Dindymene, non adytis quatit  
 Mentem sacerdotum incola Pythius,  
 Non Liber aequae, non acuta  
 Sic geminant Corybantes aera ;  
 Tristes ut irae : quas neque Noricus  
 Deterret ensis, nec mare naufragum, 10  
 Nec saevus ignis, nec tremendo  
 Jupiter ipse ruens tumultu.  
 Fertur Prometheus addere principi  
 Limo coactus particulam undique  
 Desectam, et insani leonis  
 Vim stomacho apposuisse nostro.  
 Irae Thyesten exitio gravi  
 Stravere ; et altis urbibus ultimae  
 Stetere causae, cur perirent  
 Funditus, imprimeretque muris. 20  
 Hostile aratrum exercitus insolens.  
 Compesce mentem. Me quoque pectoris  
 Tentavit in dulci juventa  
 Fervor, et in celeres iambos  
 Misit furem : nunc ego mitibus 25  
 Mutare quaero tristia ; dum mihi  
 Fies recantatis amica  
 Opprobriis, animumque reddas.

ODE XVII.—*Ad Tyndaridem.*

30 VELOX amoenum saepe Lucretilem  
 Mutat Lycaeo Faunus, et igneam  
 Defendit aestatem capellis  
 Usque meis, pluviosque ventos. 5  
 Impune tutum per nemus arbutos  
 Quaerunt latentes, et thyma, deviae  
 35 Olentis uxores mariti ;  
 Nec virides metuunt colubras,  
 Nec Martiales haeduleae lupos :  
 Uicunque dulci, Tyndari, fistula 10  
 Valles, et Usticae cubantis  
 Levia personuere saxa.  
 Dî me tuentur : dîs pietas mea  
 Et musa cordi est. Hic tibi copia  
 Manabit ad plenum benigno  
 Ruris honorum opulenta cornu.  
 Hic in reducto valle caniculae  
 Vitabis aestus, et fide Teia  
 Dices laborantes in uno  
 Penelopen vitreamque Circen. 20  
 10 Hic innocentis pocula Lesbii  
 Duces sub umbra ; nec Semeleïus  
 Cum Marte confundet Thyoneus  
 Proelia ; nec metues protervum  
 Suspecta Cyrum, ne male dispari 25  
 Incontinentes injiciat manus,  
 Et scindat haerentem coronam  
 Crinibus, immeritamque vestem.

ODE XVIII.—*Ad Varum.*

20 NULLAM, Vare, sacra vite prius severis arborem  
 Circa mite solum Tiburis, et moenia Catili.  
 Siccis omnia nam dura Deus proposuit : neque  
 Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.  
 25 Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat ? 5  
 Quis non te potius, Bacche pater, teque, decens Venus ?  
 At, ne quis modici transiliat munera Liberi,  
 Centaurea monet cum Lapithis rixâ, super mero  
 Debellata ; monet Sithoniis non levis Euius,

Cum fas atque nefas exiguo fine libidinum 10  
 Discernunt avidi. Non ego te, candide Bassareu,  
 Invitum quatiā, nec variis obsita frondibus  
 Sub divum rapiam. Saeva tene cum Berecyntio  
 Cornu tympana, quae subsequitur caecus Amor sui,  
 Et tollens vacuum plus nimio Gloria verticem, 15  
 Arcanique Fides prodiga, perlucidior vitro.

ODE XIX.—*De Glycera.*

MATER saeva Cupidinum,  
 Thebanaeque jubet me Semeles puer,  
 Et lasciva Licentia,  
 Finitis animum reddere amoribus.  
 Urit me Glycerae nitor, 5  
 Splendentis Pario marmore purius :  
 Urit grata protervitas,  
 Et vultus nimium lubricus adspici.  
 In me tota ruens Venus  
 Cyprum deseruit ; nec patitur Scythas 10  
 Et, versis animosum equis,  
 Parthum dicere, nec quae nihil attinent.  
 Hic vivum mihi cespitem, hic  
 Verbenas, pueri, ponite, turaque,  
 Bimi cum patera meri : 15  
 Mactata veniet lenior hostia.

ODE XX.—*Ad Maecenatem.*

VILE potabis modicis Sabinum  
 Cantharis, Graeca quod ego ipse testa  
 Conditum levi, datus in theatro  
 Cum tibi plausus,  
 Care Maecenas eques ; ut paterni 5  
 Fluminis ripae, simul et jocosa  
 Redderet laudes tibi Vaticani  
 Montis imago.  
 Caecubum et prelo domitam Caleno  
 Tu bibes uvam : mea nec Falernae 10  
 Temperant vites neque Formiani  
 Pocula colles.

ODE XXI.—*In Dianam et Apollinem.*

DIANAM tenerae dicite virgines :  
 Intonsum, pueri, dicite Cynthium ;  
 Latonamque, supremo  
 Dilectam penitus Jovi. 5  
 Vos laetam fluviis, et nemorum coma,  
 Quaecunque aut gelido prominet Algido,  
 Nigris aut Erymanthi ;  
 Silvis, aut viridis Cragi ;  
 Vos Tempe totidem tollite laudibus,  
 Natalemque, mares, Delon Apollinis, 10  
 Insignemque pharetra,  
 Fraternaue humerum lyra.  
 Hic bellum lacrimosum, hic miseram famem,  
 Pestemque, a populo, principe Caesare, in  
 Persas atque Britannos 15  
 Vestra motus aget prece.

ODE XXII.—*Ad Aristium Fuscum.*

INTEGER vitae, scelerisque purus,  
 Non eget Mauris jaculis, neque arcu,  
 Nec venenatis gravida sagittis,  
 Fusce, pharetra ; 5  
 Sive per Syrtes iter aestuosas  
 Sive facturus per inhospitalem  
 Caucasum, vel quae loca fabulosus  
 Lambit Hydaspes.  
 Namque me silva lupus in Sabina,  
 Dum meam canto Lalagen, et ultra 10  
 Terminum curis vagor expeditus,  
 Fugit inermem.  
 Quale portentum neque militaris  
 Daunias latis alit aesculetis,  
 Nec Jubae tellus generat, leonum 15  
 Arida nutrix.  
 Pone me pigris ubi nulla campis  
 Arbor aestiva recreatur aura ;  
 Quod latus mundi nebulae malusque  
 Jupiter arguet : 20

Pone sub curru nimium propinqui  
 Solis, in terra domibus negata ;  
 Dulce ridentem Lalagen amabo,  
 Dulce loquentem.

ODE XXIII.—*Ad Chloën.*

VITAS hinnuleo me similis, Chloë,  
 Quaerent pavidam montibus aviis  
 Matrem, non sine vano  
 Aurarum et siliæ metu.

Nam, seu mobilibus vepribus inhorruit  
 Ad ventum foliis, seu virides rubum  
 Dimovere lacertae,

Et corde et genibus tremit.

At qui non ego te, tigris ut aspera,  
 Gaetulusvè leo, frangere persequor.

Tandem desine matrem

Tempestiva sequi viro.

ODE XXIV.—*Ad Virgilium.*

QUIS desiderio sit pudor, aut modus,  
 Tam cari capitis ? Praecepit lugubres  
 Cantus, Melpomene, cui liquidam pater  
 Vocem cum cithara dedit.

Ergo Quinctilium perpetuus sopor  
 Urguet ? cui Pudor, et Justitiae soror,  
 Incorrupta Fides, nudaque Veritas

Quando ullum inveniet parem ?

Multis ille bonis flebilis occidit ;  
 Nulli flebilior, quam tibi, Virgili.

Tu frustra pius, heu ! non ita creditum,  
 Poscis Quinctilium deos.

Quod si Threïcio blandius Orpheo  
 Auditam moderere arboribus fidem ;  
 Non vanae redeat sanguis imagini,

Quam virga semel horrida,

Non lenis precibus fata recludere,  
 Nigro compulerit Mercurius gregi.

Durum : sed levius fit patientia,  
 Quidquid corrigere est nefas.

ODE XXV.—*Ad Lydiam.*

PARCIUS junctas quatiunt fenestras  
 Ictibus crebris juvenes protervi,  
 Nec tibi somnos adimunt; amatque  
 Janua limen,

Quae prius multum facilis movebat  
 Cardines. Audis minus et minus jam :  
 Me tuo longas pereunte noctes,  
 Lydia, dormis !

Invicem moechos anus arrogantes  
 Flebis, in solo levis angiportu,  
 Thracio bacchante magis sub inter-  
 lunia vento :

Cum tibi flagrans amor, et libido,  
 Quae solet matres furiare equorum,  
 Saeviet circa jecur ulcerosum ;  
 Non sine questu,

Laeta quod pubes hedera virenti  
 Gaudeat pulla magis atque myrto ;  
 Aridas frondes, hiemis sodali,  
 Dedicet Euro.

ODE XXVI.—*De Aelio Lamia.*

MUSIS amicus, tristitiam et metus  
 Tradam protervis in mare Creticum  
 Portare ventis; quis sub Arcto  
 Rex gelidae metuatur orae,

Quid Tiridatem terreat, unice  
 Securus. O quae fontibus integris  
 Gaudes, apricos necte flores.

Necte meo Lamiae coronam,  
 Pimplei dulcis ! nil sine te mei  
 Possunt honores. Hunc fidibus novis,  
 Hunc Lesbio sacrare plectro  
 Teque tuasque decet sorores.

ODE XXVII.—*Ad Sodales.*

NATIS in usum laetitiae scyphis  
 Pugnare Thracum est: tollite barbarum

Morem, verecundumque Bacchum  
 Sanguineis prohibete rixis. 5  
 Vino et lucernis Medus acinaces  
 Immane quantum discrepat ! impium  
 Lenite clamorem, sodales,  
 Et cubito remanete presso.  
 Vultis severi me quoque sumere  
 Partem Falerni ? dicat Opuntiae 10  
 Frater Megillae, quo beatus  
 Vulnere, qua pereat sagitta.  
 Cessat voluntas ? non alia bibam  
 Mercede. Quae te cumque domat Venus,  
 Non erubescendis adurit 15  
 Ignibus, ingenuoque semper  
 Amore peccas. Quidquid habes, age,  
 Depone tutis auribus.—Ah miser,  
 Quanta laborabas Charybdi !  
 Digne puer meliore flamma. 20  
 Quae saga, quis te solvere Thessalis  
 Magus venenis, quis poterit deus ?  
 Vix illigatum te triformi  
 Pegasus expediet Chimaera.

ODE XXVIII.—*Archytas.*

Te maris et terrae, numeroque carentis arenae,  
 Mensorem cohibent, Archyta,  
 Pulveris exigui prope litus parva Matinum  
 Munera ; nec quidquam tibi prodest 5  
 Aërias tentasse domos, animoque rotundum  
 Percurrisse polum, morituro.—  
 Occidit et Pelopis genitor, conviva deorum ;  
 Tithonusque, remotus in auras ;  
 Et, Jovis arcanis, Minos, admissus : habentque  
 Tartara Panthoiden, iterum Orco 10  
 Demissum ; quamvis, clypeo Trojana refixo  
 Tempora testatus, nihil ultra  
 Nervos atque cutem morti concesserat atrae ;  
 Judice te, non sordidus auctor  
 Naturae verique. Sed omnes una manet nox, 15  
 Et calcanda semel via leti.

Dant alios Furiae torvo spectacula Marti ;  
 Exitio est avidum mare nautis :  
 5 Mixta senum ac juvenum densantur funera : nullum  
 Saeva caput Proserpina fugit. 20  
 Me quoque, devexi rapidus comes Orionis,  
 Illyricis Notus obruit undis.  
 At tu nauta, vagae ne parce malignus arenae  
 10 Ossibus et capiti inhumato  
 Particulam dare. Sic, quodcumque minabitur Eurus 25  
 Fluctibus Hesperii, Venusinae  
 Plectantur silvae, te sospite ; multaque merces,  
 Unde potest, tibi defluat aequo  
 15 Ab Jove, Neptunoque, sacri custode Tarenti.  
 Negligis immeritis nocituram 30  
 Postmodo te natis fraudem committere? fors et  
 Debita jura vicesque superbae  
 Te maneant ipsum. Precibus non linquar inultis,  
 20 Teque piacula nulla resolvent.  
 Quamquam festinas, non est mora longa ; licebit, 35  
 Injecto ter pulvere, curras.

ODE XXIX.—*Ad Iccium.*

ICCI, beatis nunc Arabum invides  
 Gazis, et acrem militiam paras  
 Non ante devictis Sabaeae  
 Regibus, horribilique Medo  
 5 Nectis catenas. Quae tibi virginum,  
 Sponso necato, barbara serviet?  
 Puer quis ex aula capillis  
 Ad cyathum statuetur unctis,  
 Doctus sagittas tendere Sericas  
 10 Arcu paterno? Quis neget arduis  
 Pronos relabi posse rivos  
 Montibus, et Tiberim reverti ;  
 10 Cum tu, coemptos undique, nobiles  
 Libros Panaeti, Socraticam et domum,  
 Mutare loricis Iberis, 15  
 Pollicitus meliora, tendis ?

ODE XXX.—*Ad Venerem.*

O VENUS, regina Gnidi Paphique,

5

10

15

20

5

10

15

Sperne dilectam Cypron, et, vocantis  
 Ture te multo, Glyceræ decoram  
     Transfer in aedem,  
 Fervidus tecum puer, et solutis  
 Gratiae zonis, properentque Nymphae,  
 Et, parum comis sine te Juventas,  
     Mercuriusque.

5

ODE XXXI.—*Ad Apollinem.*

QUID dedicatum poscit Apollinem  
 Vates? quid orat, de patera novum  
     Fundens liquorem? non opimas  
     Sardiniae segetes feracis;  
 Non aestuosae grata Calabriae  
 Armenta; non aurum, aut ebur Indicum;  
     Non rura, quae Liris quicta  
     Mordet aqua, taciturnus amnis.  
 Premant Calenam falce, quibus dedit  
 Fortuna, vitem: dives et aureis  
     Mercator exsiccet culullis  
     Vina Syra reparata merce,  
 Dis carus ipsis; quippe ter et quater  
 Anno revisens aequor Atlanticum  
     Impune. Me pascant olivæ,  
     Me cichorea, levesque malvæ.  
 Frui paratis et valido mihi,  
 Latoë, dones, ac, precor, integræ  
 Cum mente; nec turpem senectam  
     Degere, nec cithara carentem.

10

15

ODE XXXII.—*Ad Lyram.*

POSCIMUR. Si quid vacui sub umbra  
 Lusimus tecum, quod et hunc in annum  
 Vivat, et plures; age, dic Latinum,  
     Barbite, carmen,  
 Lesbio primum modulate civi:  
 Qui ferox bello, tamen inter arma,  
 Sive jactatam religarat udo  
     Littore navim,  
 Liberum et Musas, Veneremque, et illi

5

Semper haerentem puerum, canebat,  
Et Lycum, nigris oculis nigroque  
Crine decorum. 10

O decus Phocbi, et dapibus supremi  
Grata testudo Jovis ? o laborum  
Dulee lenimen ! mihi cumque salvo  
Rite vocanti. 15

ODE XXXIII.—*Ad Albium Tibullum.*

ALBI, ne doleas plus nimio, memor  
Inmitis Glyceræ, neu miserabiles  
Decantes clegos, eur tibi junior  
Laesa præniteat fide. 5

Insignem tenui fronte, Lycorida  
Cyri torret amor ; Cyrus in asperam  
Deelinat Pholoën : sed prius Appulis  
Jugentur capreae lupis, 10

Quam turpi Pholoë peccet adultero.  
Sic visum Veneri ; eui placet impares  
Formas atque animos sub juga aënea  
Saevo mittere eum joeo. 15

Ipsum me melior eum peteret Venus,  
Grata detinuit compède Myrtale  
Libertina, fretis aerior Hadriae,  
Curvantis Calabros sinus. 15

ODE XXXIV.—*In Epicureos.*

PARCUS deorum cultor et infrequens,  
Insanientis dum sapientiae  
Consultus erro, nunc retrorsum  
Vela dare, atque iterare cursus 5

Cogor relictos. Namque Diespiter,  
Igni eorusco nubila dividens  
Plerumque, per purum tonantes  
Egit equos, volueremque currum : 10

Quo bruta tellus, et vaga flumina,  
Quo Styx, et inuisi horrida Taenari  
Sedes, Atlanteusque finis 10

Concutitur. Valet ima summis  
Mutare, et insignem attenuat deus,

Obscura promens. Hinc apicem rapax  
Fortuna cum stridore acuto  
Sustulit, hic posuisse gaudet. 15

ODE XXXV.—*Ad Fortunam.*

O DIVA, gratum quae regis Antium,  
Praesens vel imo tollere de gradu  
Mortale corpus, vel superbos  
Vertere funeribus triumphos !  
Te pauper ambit sollicita prece 5  
Ruris colonus ; te dominam aequoris,  
Quicumque Bithyna lacessit  
Carpathium pelagus carina.  
Te Dacus asper, te profugi Scythae,  
Urbesque, gentesque, et Latium ferox, 10  
Regumque matres barbarorum, et  
Purpurei metuunt tyranni,  
Injurioso ne pede proruas  
Stantem columnam ; neu populus frequens  
Ad arma cessantes ad arma 15  
Concitet, imperiumque frangat.  
Te semper anteit saeva Necessitas, 20  
Clavos trabales et cuneos manu  
Gestans aëna ; nec severus  
Uncus abest, liquidumque plumbum. 20  
Te Spes, et albo rara Fides colit  
Velata panno ; nec comitem abnegat,  
Utcunque mutata potentes  
Veste domos inimica linquis :  
At vulgus infidum et meretrix retro 25  
Perjura cedit ; diffugiunt, cadis  
Cum faece siccatis, amici  
Ferre jugum pariter dolosi.  
Serves iturum Caesarem in ultimos  
Orbis Britannos, et juvenum recens 30  
Examen, Eois timendum  
Partibus oceanoque rubro.  
Eheu ! cicatricum et sceleris pudet,  
Fractumque. Quid nos dura refugimus  
Aetas ? quid intactum nefasti 35

15

Liquimus ? unde manum juvenus  
 Metu deorum continuit ? quibus  
 Pepercit aris ? O utinam nova  
 Incude diffingas retusum in  
 Massagetas Arabasque ferrum ! 40

ODE XXXVI.—*In Numidae reditum.*

5

Et ture et fidibus juvat  
 Placare, et vituli sanguine debito,  
 Custodes Numidae deos :  
 Qui nunc Hesperia sospes ab ultima,  
 Caris multa sodalibus, 5  
 Nulli plura tamen dividit oscula,  
 Quam dulci Lamiae ; memor  
 Actae non alio rege puertiae,  
 Mutataeque simul togae.<sup>F</sup>  
 Cressa ne careat pulchra dies nota : 10  
 Neu promptae modus amphorae,  
 Neu morem in Saliũm sit requies pedum :  
 Neu multi Damalis meri 21-6  
 Bassum Threicia vincat amystide<sup>F</sup> :  
 Neu desint epulis rosae, 15  
 Neu vivax apium, neu breve lilium.  
 Omnes in Damalin putres  
 Deponent oculos ; nec Damalis novo  
 Divelletur adultero,  
 Lascivis hederis ambitiosior. 20

ODE XXXVII.—*Ad Sodales.*

25

Nunc est bibendum, nunc pede libero  
 Pulsanda tellus : nunc Saliaribus  
 Ornare pulvinar deorum  
 Tempus erat dapibus, sodales.  
 Antehac nefas depromere Caecubum 5  
 Cellis a vitis, dum Capitolio  
 Regina dementes ruinas,  
 Funus et imperio, parabat, 247  
 Contaminato cum grege turpium  
 Morbo virorum : quidlibet impotens  
 Sperare, fortunaque dulci 10

35

Ebria. Sed minuit furorem  
 Vix una sospes navis ab ignibus :  
 Mentemque lymphatam Mareotico  
 Redegit in veros timores 15  
 Caesar, ab Italia volantem  
 Remis adurguens, (accipiter velut  
 Molles columbas, aut leporem citus  
 Venator in campis nivalis  
 Haemoniae) daret ut catenis 20  
 Fatale monstrum ! quae generosius  
 Perire quaerens, nec muliebriter  
 Expavit'ensem, nec latentes  
 Classe cita reparavit oras ;  
 Ausa et jacentem visere regiam 25  
 Vultu sereno, fortis et asperas  
 Tractare serpentes, ut atrum  
 Corpore combiberet venenum,  
 Deliberata morte ferocior ;  
 Saevis Liburnis scilicet invidens 30  
 Privata deduci superbo,  
 Non humilis mulier, triumpho.

ODE XXXVIII.—*Ad Puerum.*

PERSICOS odi, puer, apparatus :  
 Displacent nexae philyra coronae :  
 Mitte sectari, rosa quo locorum  
 Sera moretur.  
 Simplici myrto nihil allabores 5  
 Sedulus, curo. Neque te ministrum  
 Dedecet myrtus, neque me sub arcta  
 Vite bibentem.

15

Q. HORATHI FLACCI

## C A R M I N U M

LIBER II.

20

ODE I.—*Ad Asinium Pollionem.*

25

MOTUM ex Metello consule civicum,  
 Bellique causas, et vitia, et modos,  
 Ludumque Fortunae, gravesque  
 Principum amicitias, et arma  
 Nondum expiatis uncta cruoribus, 5

30

Periculosae plenum opus aleae,  
 Tractas, et incedis per ignes  
 Suppositos cineri doloso.  
 Paullum severae Musa tragoediae  
 Desit theatris: mox, ubi publicas 10

Res ordinariis, grande munus  
 Cecropio repetes cothurno,  
 Insigne moestis praesidium reis,  
 Et consulenti, Pollio, curiae ;  
 Cui laurus aeternos honores 15

5

Dalmatico peperit triumpho.  
 Jam nunc minaci murmure cornuum  
 Perstringis aures: jam litui strepunt :  
 Jam fulgor armorum fugaces  
 Terret equos, equitumque vultus. 20

Audire magnos jam videor duces  
 Non indecoro pulvere sordidos,  
 Et cuncta terrarum subacta  
 Praeter atrocem animum Catonis. 25

Juno et deorum quisquis amicior  
 Afris inulta cesserat impotens  
 Tellure, victorum nepotes  
 Retulit inferias Jugurthae.  
 Quis non, Latino sanguine pinguior,  
 Campus sepulcris impia proelia 30

Testatur, auditumque Medis  
 Hesperiae sonitum ruinae ?  
 Qui gurges, aut quae flumina lugubris  
 Ignara belli ? quod mare Dauniaec  
 Non decoloravere caedes ? 35  
 Quae caret ora cruore nostro ?  
 Sed ne, relictis, Musa procax, jocis,  
 Caeae retractes munera naeniae :  
 Mecum Dionaeo sub antro  
 Quaere modos leviori plectro. 40

ODE II.—*Ad Crispum Sallustium.*

NULLUS argento color est avaris  
 Abdito terris ; inimice lamnae,  
 Crispe Sallusti, nisi temperato  
 Splendeat usu. 5  
 Vivet extento Proculeius aevo,  
 Notus in fratres animi paterni :  
 Illum aget penna metuente solvi  
 Fama superstes.  
 Latius regnes avidum domando  
 Spiritum, quam si Libyam remotis 10  
 Gadibus jungas, et uterque Poenus  
 Serviat uni.  
 Crescit indulgens sibi dirus hydrops :  
 Nec sitim pellit, nisi causa morbi  
 Fugerit venis, et aquosus albo 15  
 Corpore languor.  
 Redditum Cyri solio Phraaten,  
 Dissidens plebi, numero beatorum  
 Eximit Virtus, populumque falsis  
 Dedocet uti 20  
 Vocibus ; regnum et diadema tutum  
 Deferens uni, propriamque laurum,  
 Quisquis ingentes oculo irretorto  
 Spectat acervos.

ODE III.—*Ad Dellium.*

AEQUAM memento rebus in arduis  
 Servare mentem, non secus in bonis  
 Ab insolenti temperatam

|    |                                                                                                                                                                                                                                                                                    |    |
|----|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
|    | Lactitia, moriture Delli,<br>Seu moestus omni tempore vixeris,<br>Seu te in remoto gramine per dies<br>Festos reclinatum bearis<br>Interiore nota Falerni.                                                                                                                         | 5  |
| 35 | Qua pinus ingens, albaque populus,<br>Umbram hospitem consociare amant<br>Ramis, et obliquo laborat<br>Lympha fugax trepidare rivo ;<br>Huc vina, et unguenta, et nimium brevis<br>Flores amoenos ferre jube rosae,<br>Dum res, et aetas, et sororum<br>Fila trium patiuntur atra. | 10 |
| 40 | Cedes coëmtis saltibus, et domo,<br>Villaque, flavus quam Tiberis lavit :<br>Cedes ; et exstructis in altum<br>Divitiis potietur heres.                                                                                                                                            | 20 |
| 5  | Divesne prisco natus ab Inacho,<br>Nil interest, an pauper et infima<br>De gente, sub divo moreris,<br>Victima nil miserantis Orci.                                                                                                                                                |    |
| 10 | Omnes eodem cogimur : omnium<br>Versatur urnâ, serius, ocius<br>Sors exitura, et nos in aeternum<br>Exsilium impositura cymbae.                                                                                                                                                    | 25 |

ODE IV.—*Ad Xanthiam Phoeceum.*

|    |                                                                                                                                                                                                                                                          |    |
|----|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| 15 | NE sit ancillae tibi amor pudori,<br>Xanthia Phoece. Prius insolentem<br>Serva Briseis niveo colore<br>Movit Achillem.                                                                                                                                   | 5  |
| 20 | Movit Ajacem Telamone natum<br>Forma captivae dominum Tecmessae :<br>Arsit Atrides medio in triumpho<br>Virgine rapta,<br>Barbarae postquam cecidere turmae,<br>Thessalo victore, et ademptus Hector<br>Tradidit fessis leviora tolli<br>Pergama Graiis. | 10 |
|    | Nescias an te generum beati<br>Phyllidis flavae decorent parentes :                                                                                                                                                                                      |    |

Regium certe genus et penates 15  
 Moeret iniquos.

Crede non illam tibi de scelesta  
 Plebe dilectam ; neque sic fidelem,  
 Sic lucro aversam, potuisse nasci 20  
 Matre pudenda.

Brachia, et vultum, teretesque suras,  
 Integer laudo : fuge suspicari,  
 Cujus octavum trepidavit aetas  
 Claudere lustrum.

## ODE V.

NONDUM subacta ferre jugum valet  
 Cervice, nondum munia comparis  
 Aequare, nec tauri ruentis  
 In Venerem tolerare pondus. 5

Circa virentes est animus tuae  
 Campos juvencae, nunc fluvii gravem  
 Solantis aestum, nunc in udo  
 Ludere cum vitulis salicto

Praegestientis. Tolle cupidinem  
 Immitis uvae : jam tibi lividos 10  
 Distinguet autumnus racemos  
 Purpureo varius colore.

Jam te sequetur ; currit enim ferox  
 Aetas, et illi, quos tibi demserit,  
 Apponet annos : jam proterva 15  
 Fronte petet Lalage maritum ;

Dilecta, quantum non Pholoë fugax,  
 Non Chloris ; albo sic humero nitens,  
 Ut pura nocturno renidet  
 Luna mari, Gnidiusve Gyges, 20

Quem si puellarum insereres choro,  
 Mire sagaces falleret hospites  
 Discrimen obscurum solutis  
 Crinibus, ambiguoque vultu.

ODE VI.—*Ad Septimium.*

SEPTIMI, Gades aditure mecum, et  
 Cantabrum, indoctum juga ferre nostra, et  
 Barbaras Syrtes, ubi Maura semper

- 15                   Aestuat unda ;  
 Tibur, Argeo positum colono,                   5  
 Sit meae sedes utinam senectae ;  
 Sit modus lasso maris, et viarum,  
                   Militiaeque.
- 20                   Unde si Parcae prohibent iniquae,  
 Dulce pellitis ovibus Galaesi                   10  
 Flumen et regnata petam Laconi  
                   Rura Phalantho.  
 Ille terrarum mihi praeter omnes  
 Angulus ridet, ubi non Hymetto  
 Mella decedunt, viridique certat                   15  
                   Bacca Venafro ;  
 Ver ubi longum tepidasque praebet  
 Jupiter brumas, et amicus Aulon  
 Fertili Baccho minimum Falernis
- 5                    Invidet uvis.                   20
- Ille te mecum locus et beatæ  
 Postulant arces : ibi tu calentem  
 Debita sparges lacrima favillam  
                   Vatis amici.
- 10                    ODE VII.—*Ad Pompeium.*
- O SAEPE mecum tempus in ultimum  
 Deducte, Bruto militiae duce,  
 Quis te redonavit Quiritem
- 15                    Dis patriis, Italoque coelo,  
 Pompei, meorum prime sodalium ?                   5  
 Cum quo morantem saepe diem mero  
                   Fregi, coronatus nitentes  
                   Malobathro Syrio capillos.
- 20                    Tecum Philippos et celerem fugam  
 Sensi, relicta non bene parmula ;                   10  
 Cum fracta virtus, et minaces  
                   Turpe solum tetigere mento.  
 Sed me per hostes Mercurius celer  
 Denso paventem sustulit aëre :
- Te rursus in bellum resorbens                   15  
                   Unda fretis tulit aestuosis.  
 Ergo obligatam redde Jovi dapem,  
 Longaque fessum militia latus

Depone sub lauru mea, nec  
 Parce cadis tibi destinatis. 20  
 Oblivioso lovia Massico  
 Ciboria explō : funde capacibus  
 Unguenta de conchis. Quis udo  
 Deproperare apio coronas  
 Curatve myrto ? quem Venus arbitrum 25  
 Dicit bibendi ? non ego sanius  
 Bacchabor Edonis : recepto  
 Dulce mihi furere est amico.

ODE VIII.—*In Barinen.*

ULLA si juris tibi pejerati -  
 Poena, Barine, nocuisset unquam ;  
 Dente si nigro fieres vel uno  
 Turpior ungui ;  
 Crederem. Sed tu, simul obligasti 5  
 Perfidum votis caput, entescis  
 Pulchrior multo, juvenumque prodis  
 Publica cura.  
 Expedit matris cineres opertos  
 Fallere, et toto taciturna noctis 10  
 Signa cum coelo, gelidaque divos  
 Morte carentes.  
 Ridet hoc, inquam, Venus ipsa ; rident  
 Simplices Nymphae, ferus et Cupido,  
 Semper ardentes acuens sagittas 15  
 Cote cruenta.  
 Adde, quod pubes tibi crescit omnis :  
 Servitus crescit nova ; nec priores  
 Impiae tectum dominae relinquunt,  
 Saepe minati. 20  
 Te suis matres metuunt juvenis,  
 Te senes parci ; miseraeque nuper  
 Virgines nuptae, tua ne retardet  
 Aura maritos.

ODE IX.—*Ad Valgium.*

NON semper imbres nubibus hispidos  
 Manant in agros ; aut mare Caspium  
 Vexant inaequales procellae

20

Usque ; nec Armeniis in oris,  
 Amice Valgi, stat glacies incers  
 Menses per omnes : aut Aquilonibus  
 Querceta Gargani laborant,  
 Et foliis viduantur orni.

5

25

Tu semper urges flebilibus modis  
 Mysten ademtum ; nec tibi, Vespere  
 Surgente, decedunt amores,  
 Nec rapidum fugiente Solem.

10

At non ter aevo functus amabilem  
 Ploravit omnes Antiochum senex  
 Annos : nec impubem parentes  
 Troilon, aut Phrygiae sorores,  
 Flevre semper. Desine inollium

15

Tandem querelarum : et potius nova  
 Cantemus Augusti tropaea

Caesaris ; et rigidum Niphaten,  
 Medumque flumen, gentibus additum  
 Victis, minores volvere vortices ;

20

Intraque praescriptum Gelonos  
 Exiguus equitare campis.

5

10

ODE X.—*Ad Licinium.*

RECTIUS vives, Licini, neque altum  
 Semper arguendo, neque, dum procellas  
 Cautus horrescis, nimium premendo  
 Littus iniquum.

15

Auream quisquis mediocritatem  
 Diligit, tutus caret obsoleti  
 Sordibus tecti, caret invidenda  
 Sobrius aula.

5

20

Saepius ventis agitatur ingens  
 Pinus ; et celsae graviore casu  
 Decidunt turres ; feriuntque summos  
 Fulgura montes.

10

Sperat infestis, metuit secundis,  
 Alteram sortem bene praeparatum  
 Pectus. Informes hiemes reducit  
 Jupiter ; idem

15

Submovet. Non, si male nunc, et olim  
 Sic erit : quondam cithara tacentem

Suscitat musam, neque semper arcum  
 Tendit Apollo. 20  
 Rebus angustis animosus atque  
 Fortis appare: sapienter idem  
 Contrahes vento nimium secundo  
 Turgida vela.

ODE XI.—*Ad Quinctium Hirpinum,*

Quid bellicosus Cantaber, et Scythes,  
 Hirpine Quincti, cogitet, Hadria  
 Divisus objecto, remittas  
 Quaerere: nec trepides in usum  
 Poscentis aevi pauca. Fugit retro 5  
 Levis juventas, et decor, arida  
 Pelleute lascivos amores  
 Canitie, facilemque somnum.  
 Non semper idem floribus est honor  
 Vernis; neque uno Luna rubens nitet 10  
 Vultu: quid aeternis minorem  
 Consiliis animum fatigas?  
 Cur non, sub alta vel platano vel hac  
 Pinu jacentes sic temere, et rosa  
 Canos odorati capillos, 15  
 Dum licet, Assyriaque nardo  
 Potamus uncti? dissipat Euius  
 Curas edaces. Quis puer ocius  
 Restinguet ardentis Falerni  
 Pocula praetereunte lympha? 20  
 Quis devium scortum eliciet domo  
 Lyden? eburna, dic age, cum lyra  
 Maturet, in comtum Lacaenae  
 More comam religata nodum.

ODE XII.—*Maecenatem.*

NOLIS longa ferae bella Numantiae,  
 Nec durum Hannibalem, nec Siculum mare,  
 Poeno purpureum sanguine, mollibus  
 Aptari citharae modis;  
 Nec saevos Lapithas, et nimium mero 5  
 Hylaeum, domitesque Herculca manu

20 Telluris juvenes, unde periculum  
     Fulgens contremuit domus  
 Saturni veteris : tuque pedestribus  
 Dices historiis proelia Caesaris, 10  
 Maecenas, melius, ductaque per vias  
     Regum colla minantium.  
 Me dulces dominae musa Licymniae  
 Cantus, me voluit dicere lucidum  
 Fulgentes oculos, et bene mutuis 15  
     Fidum pectus amoribus :  
 Quam nec ferre pedem dedecuit choris,  
 Nec certare joco, nec dare brachia  
 Ludentem nitidis virginibus, sacro  
 5      Dianae celebris die. 20  
 Num tu, quae tenuit dives Achaemenes,  
 Aut pinguis Phrygiae Mygdonias opes,  
 Permutare velis crine Licymniae,  
     Plenas aut Arabum domos ?  
 10 Dum flagrantia detorquet ad oscula  
 Cervicem, aut facili saevitia negat,  
 Quae poscente magis gaudeat eripi,  
     Interdum rapere occupat.

ODE XIII.—*In Arboris Casum.*

15 ILLE et nefasto te posuit die,  
 Quicumque primum, et sacrilega manu  
     Produxit, arbos, in nepotum  
     Perniciem, opprobriumque pagi.  
 20 Illum et parentis crediderim sui 5  
 Fregisse cervicem, et penetralia  
     Sparsisse nocturno cruore  
     Hospitis : ille venena Colcha,  
 Et quidquid usquam concepitur nefas,  
 Tractavit, agro qui statuit meo 10  
     Te triste lignum, te caducum  
     In domini caput immerentis.  
 Quid quisque vitet, nunquam homini satis  
 Cautum est, in horas. Navita Bosporum  
     Poenus perhorrescit, neque ultra 15  
     Caeca timet aliunde fata ;  
 5 Miles sagittas et celerem fugam

|                                                                                                                                                                  |    |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| Parthi ; catenas Parthus, et Italum<br>Robur : sed improvisa leti<br>Vis rapuit rapietque gentes.                                                                | 20 |
| Quam paene furvae regna Proserpinae<br>Et judicantem vidimus Aeacum,<br>Sedesque discretas piorum, et<br>Aeoliis fidibus querentem                               | 25 |
| Sappho puellis de popularibus, -<br>Et te sonantem plenius aureo,<br>Alcaee, plectro dura navis,<br>Dura fugae mala, dura belli !                                | 30 |
| Utrumque sacro digna silentio<br>Mirantur umbrae dicere : sed magis<br>Pugnans et exactos tyrannos,<br>Densum humeris, bibit aure vulgus.                        | 35 |
| Quid mirum ? ubi, illis carminibus stupens,<br>Demittit atras bellua centiceps<br>Aures, et intorti capillis                                                     | 40 |
| Eumenidum recreantur angues :<br>Quin et Prometheus et Pelopis parens<br>Dulci laborum decipitur sono ;<br>Nec curat Orion leones<br>Aut timidos agitare lyncas. | 40 |

ODE XIV.—*Ad Postumum.*

|                                                                                                                                                                                                                 |    |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| EHEU ! fugaces, Postume, Postume,<br>Labuntur anni ; nec pietas moram<br>Rugis et instanti senectae<br>Afferet, indomitaeque morti :                                                                            | 5  |
| Non, si trecenis, quotquot eunt dies,<br>Amice, places illacrimabilem<br>Plutona tauris ; qui ter amplum<br>Geryonen Tityonque tristi<br>Compescit unda, scilicet omnibus,<br>Quicumque terrae munere vescimur, | 10 |
| Enaviganda, sive reges,<br>Sive inopes erimus coloni.<br>Frustra cruento Marte carebimus,<br>Fractisque rauci fluctibus Hadriae :                                                                               | 15 |
| Frustra per autumnos nocentem                                                                                                                                                                                   |    |

Corporibus metuemus Austrum :

20 Visendus ater flumine languido  
 Coeytus errans, et Danaï genus  
 Infame, damnatusque longi  
 Sisyphus Aeolides laboris. 20  
 Linquenda tellus, et domus, et placens  
 25 Uxor : neque harum, quas colis, arborum  
 Te, praeter invisas cupressos,  
 Ulla brevem dominum sequetur. 25  
 Absumet heres Caecuba dignior,  
 Servata centum clavibus, et mero  
 30 Tinguet pavimentum superbo,  
 Pontificum potiore coenis.

ODE XV.

35 JAM pauca aratro jugera regiae  
 Moles relinquent ; undique latius  
 Extenta visentur Lucrino  
 Stagna lacu ; platanusque caelebs  
 Evinctet ulmos : tum violaria, et 5  
 Myrtus, et omnis copia narium,  
 Spargent olivetis odorem  
 40 Fertilibus domino priori :  
 Tum spissa ramis laurea fervidos  
 Excludet ictus. Non ita Romuli 10  
 Praescriptum et intonsi Catonis  
 Auspiciis, veterumque norma.  
 Privatus illis census erat brevis,  
 Commune magnum : nulla decempedis  
 5 Metata privatis opacam 15  
 Porticus excipiebat Arceton :  
 Nec fortuitum spernere cespitem  
 Leges sinebant, oppida publico  
 Sumtu jubentes, et deorum  
 10 Tempa, novo decorare saxo. 20

ODE XVI.—*Ad Grosphum.*

OTIUM divos rogat in patenti  
 Prensus Aegaeo, simul atra nubes  
 15 Condidit Lunam, neque certa fulgent  
 Sidera nautis :

- Otium bello furiosa Thrace, 5  
 Otium Medi, pharetra decori,  
 Grophe, non gemmis, neque purpura ve-  
 nale, neque auro.  
 Non enim gazae, neque consularis  
 Submovet lictor miseros tumultus 10  
 Mentis, et Curas laqueata circum  
 Tecta volantes.  
 Vivitur parvo bene, cui paternum  
 Splendet in mensa tenui salinum ;  
 Nec leves somnos timor aut cupido 15  
 Sordidus aufert.  
 Quid brevi fortes jaculamur aevo  
 Multa ? quid terras alio calentes  
 Sole mutamus ? patriae quis exsul 20  
 Se quoque fugit ?  
 Scandit aeratas vitiosa naves  
 Cura ; nec turmas equitum relinquit,  
 Ocior cervis, et agente nimbos  
 Ocior Euro. 25  
 Laetus in praesens animus, quod ultra est,  
 Oderit curare, et amara lento  
 Temperet risu. Nihil est ab omni  
 Parte beatum.  
 Abstulit clarum cita mors Achillem,  
 Longa Tithonum minuit senectus : 30  
 Et mihi forsan, tibi quod negarit,  
 Porriget Hora.  
 Te greges centum Siculaeque circum  
 Mugiunt vaccae ; tibi tollit hinnitum  
 Apta quadrigis equa ; te bis Afro 35  
 Murice tinctae  
 Vestiunt lanae : mihi parva rura, et  
 Spiritum Graiae tenuem camenae,  
 Parca non mendax dedit, et malignum  
 Spernere vulgus. 40

ODE XVII.—*Ad Maecenatam aegrotum.*

CUR me querelis exanimas tuis ?  
 Nec dis amicum est, nec mihi, te prius  
 Obire, Maecenas, mearum

|    |                                      |    |
|----|--------------------------------------|----|
| 5  | Grande decus columenque rerum.       |    |
|    | Ah ! te meae si partem animae rapit  | 5  |
|    | Maturior vis, quid moror altera,     |    |
|    | Nec carus aequae, nec superstes      |    |
|    | Integer ? Ille dies utramque         |    |
| 10 | Ducet ruinam. Non ego perfidum       |    |
|    | Dixi sacramentum : ibimus, ibimus,   | 10 |
|    | Utcunque praecedes, supremum         |    |
|    | Carpere iter comites parati.         |    |
| 15 | Me nec Chimaerae spiritus igneae,    |    |
|    | Nec, si resurgat, centimanus Gyges   |    |
|    | Divellet unquam : sic potenti        | 15 |
|    | Justitiae placitumque Parcis.        |    |
|    | Seu Libra, seu me Scorpius adspicit  |    |
|    | Formidolosus, pars violentior        |    |
| 20 | Natalis horae, seu tyrannus          |    |
|    | Hesperiae Capricornus undae ;        | 20 |
|    | Utrumque nostrum incredibili modo    |    |
|    | Consentit astrum. Te Jovis impio     |    |
|    | Tutela Saturno refulgens             |    |
| 25 | Eripuit, volucrisque fati            |    |
|    | Tardavit alas, quum populus frequens | 25 |
|    | Laetum theatris ter crepuit sonum :  |    |
|    | Me truncus illapsus cerebro          |    |
|    | Sustulerat, nisi Faunus ictum        |    |
| 30 | Dextra levasset, Mercurialium        |    |
|    | Custos virorum. Reddere victimas     | 30 |
|    | Aedemque votivam memento :           |    |
|    | Nos humilem feriemus agnam.          |    |

## ODE XVIII.

|    |                                      |    |
|----|--------------------------------------|----|
| 35 | NON ebur, neque aureum               |    |
|    | Mea renidet in domo lacunar :        |    |
|    | Non trabes Hymettiae                 |    |
|    | Premunt columnas ultima recisas      |    |
| 40 | Africa : neque Attali                | 5  |
|    | Ignotus heres regiam occupavi ;      |    |
|    | Nec Laconicas mihi                   |    |
|    | Trahunt honestae purpuras clientae.  |    |
|    | At fides, et ingent                  |    |
|    | Benigna vena est ; pauperemque dives | 10 |

|                                                                                                                                                                                       |    |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| Me petit. Nihil supra<br>Deos lacesso, nec potentem amicum<br>Largiora flagito,<br>Satis beatus unicus Sabinis.<br>Truditur dies die,                                                 | 15 |
| Novaeque pergunt interire Lunae :<br>Tu secanda marmora<br>Locas sub ipsum funus, et, sepulcri<br>Immemor, struis domos ;<br>Marisque Baiis obstrepentis urgues<br>Submovere littora, | 20 |
| Parum locuples continente ripa.<br>Quid, quod usque proximos<br>Revellis agri terminos, et ultra<br>Limites clientium                                                                 | 25 |
| Salis avarus ? pellitur, paternos<br>In sinu ferens deos,<br>Et uxor, et vir, sordidosque natos ?<br>Nulla certior tamen<br>Rapacis Orci fine destinata<br>Aula divitem manet         | 30 |
| Herum. Quid ultra tendis ? aequa tellus<br>Pauperi recluditur,<br>Regumque pueris : nec satellites Orci<br>Callidum Promethea                                                         | 35 |
| Revexit auro captus. Hic superbum<br>Tantalum, atque Tantali<br>Genus, coërcet : hic, levare functum<br>Pauperem laboribus<br>Vocatus, atque non vocatus, audit.                      | 40 |

ODE XIX.—*In Bacchum.*

|                                                                                                                                                                                                                                                                                           |   |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---|
| BACCHUM in remotis carmina rupibus<br>Vidi docentem (credite, posteri,)<br>Nymphasque discentes, et aures<br>Capripedum satyrorum acutas.<br>Euoe ! recenti mens trepidat metu,<br>Plenoque Bacchi pectore turbidum<br>Laetatur. Euoe ! parce, Liber !<br>Parce, gravi metuende thyrsos ! | 5 |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---|

Fas pervicaces est mihi Thyiadas,  
 Vinique fontem, lactis et uberes 10

Cantare rivos, atque truncis  
 Lapsa cavis iterare melle :

15 Fas et beatæ conjugis additum  
 Stellis honorem, tectaque Penthei  
 Disjecta non leni ruina, 15

Thracis et exitium Lyncurgi.  
 Tu flectis amnes, tu mare barbarum :

20 Tu, separatis, uvidus, in jugis,  
 Nodo coercēs viperino  
 Bistonidum sine fraude crines. 20

Tu, cum parentis regna per arduum  
 Cohors gigantum scanderet impia,

25 Rhoetum retorsisti leonis  
 Unguibus horribilique mala :  
 Quamquam, choreis aptior et jocis 25

Ludoque dictus, non sat idoneus  
 Pugnae ferebaris ; sed idem

30 Pacis eras mediusque belli.  
 Te vidit insons Cerberus aureo  
 Cornu decorum, leniter atterens 30

Caudam ; et recedentis trilingui  
 Ore pedes tetigitque crura.

35 ODE XX.—*Ad Maecenatem.*

NON usitata nec tenui ferar  
 Penna biformis per liquidum aethera

40 Vates ; neque in terris morabor  
 Longius : invidiaque major  
 Urbes relinquam. Non ego, pauperum 5

Sanguis parentum, non ego quem vocas  
 DILECTE, Maecenas, obibo,

Nec Stygia cohibebor unda.  
 Jam jam residunt cruribus asperae  
 Pelles ; et album mutor in alitem 10

Superna ; nascunturque leves  
 Per digitos humerosque plumae.

5 Jam Daedaleo ocior Icaro  
 Visam gementis littora Bospori,  
 Syrtesque Gaetulas, canorus 15

Ales, Hyperboreosque campos.

Me Colchus, et, qui dissimulat metum  
Marsae cohortis, Dacus, et ultimi

Noscent Geloni : me peritus

Discet Iber, Rhodanique potor.

20

Absint inani funere naeniae,

Luctusque turpes, et querimoniae :

Compesce clamorem, ac sepulcri

Mitte supervacuos honores.

Q. HORATHI FLACCI  
C A R M I N U M

LIBER III.

---

ODE I.

|                                                                                                                                                                                                                                          |    |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| ODI profanum vulgus, et arceo.<br>Favete linguis : carmina non prius<br>Audita, musarum sacerdos,<br>Virginibus puerisque canto.                                                                                                         | 5  |
| Regum timendorum in proprios greges,<br>Reges in ipsos imperium est Jovis,<br>Clari giganteo triumpho,<br>Cuncta supercilio moventis.                                                                                                    | 10 |
| Est ut viro vir latius ordinet<br>Arbusta sulcis ; hic generosior<br>Descendat in campum petitor ;<br>Moribus hic meliorque fama<br>Contendat ; illi turba clientium<br>Sit major : aequa lege Necessitas<br>Sortitur insignes et imos ; | 15 |
| Omne capax movet urna nomen.<br>Destructus ensis cui super impia<br>Cervice pendet, non Siculae dapes<br>Dulcem elaborabunt sapore,<br>Non avium citharaeque cantus                                                                      | 20 |
| Somnum reducent. Somnus agrestium<br>Lenis virorum non humiles domos<br>Fastidit, umbrosamque ripam ;<br>Non Zephyris agitata Tempe.                                                                                                     | 25 |
| Desiderantem, quod satis est, neque<br>Tumultuosum sollicitat mare,<br>Nec saevus Arcturi cadentis<br>Impetus, aut orientis Haedi :                                                                                                      | 30 |
| Non verberatae grandine vineae,<br>Fundusque mendax, arbore nunc aquas                                                                                                                                                                   | 30 |

Culpante, nunc torrentia agros  
 Sidera, nunc hiemes iniquas.  
 Contracta pisces aequora sentiunt  
 Jactis in altum molibus ; huc frequens  
 Caementa demittit redemptor 35  
 Cum famulis, dominusque terrae  
 Fastidiosus : sed Timor et Minae  
 Scandunt eodem, quo dominus : neque  
 Decedit aerata triremi, et  
 Post equitem sedet atra Cura. 40  
 Quod si dolentem nec Phrygius lapis,  
 Nec purpurarum sidere clarior  
 Delenit usus, nec Falerna  
 Vitis, Achaemeniumque costum ;  
 Cur invidendis postibus et novo 45  
 Sublime, ritu moliar atrium ?  
 Cur valle permutem Sabina  
 Divitias operosiores ?

## ODE II.

ANGUSTAM amice pauperiem pati  
 Robustus acri militia puer  
 Condiscat, et Parthos feroces  
 Vexet eques metuendus hasta ;  
 Vitamque sub divo et trepidis agat 5  
 In rebus. Illum ex moenibus hosticis  
 Matrona bellantis tyranni  
 Prospiciens, et adulta virgo  
 Suspiret : Eheu ! ne rudis agminum 10  
 Sponsus lacessat regius asperum  
 Tactu leonem, quem cruenta  
 Per medias rapit ira caedes.  
 Dulce et decorum est pro patria mori :  
 Mors et fugacem persequitur virum ;  
 Nec parcat imbellis juventae 15  
 Poplitibus, timidove tergo.  
 Virtus, repulsae nescia sordidae,  
 Intaminatis fulget honoribus ;  
 Nec sumit aut ponit seures  
 Arbitrio popularis aurae. 20  
 Virtus, recludens immeritis mori

Coelum, negata tentat iter via ;  
 Coetusque vulgares, et udam  
 35       Spernit humum fugiente penna.  
 Est et fideli tuta silentio       25  
 Merces : vetabo, qui Cereris sacrum  
       Vulgarit arcanae, sub isdem  
       Sit trabibus, fragilemque mecum  
 40       Solvat phaselon. Saepe Diespiter,  
 Neglectus, incesto addidit integrum :       30  
       Raro antecedentem scelestum  
       Deseruit pede Poena claudo.

## ODE III.

45       JUSTUM et tenacem propositi virum  
 Non civium ardor prava jubentium,  
       Non vultus instantis tyranni  
       Mente quatit solida, neque Auster,  
       Dux inquieti turbidus Hadriae,       5  
 Nec fulminantis magna manus Jovis :  
       Si fractus illabatur orbis,  
       Impavidum ferient ruinae.  
 Hac arte Pollux, et vagus Hercules,  
 5       Enisus, arces attigit igneas :       10  
       Quos inter Augutus recumbens  
       Purpureo bibit ore nectar.  
 Hac te merentem, Bacche pater, tuae  
 Vexere tigres, indocili jugum  
 10       Collo trahentes : hac Quirinus       15  
       Martis equis Acheronta fugit ;  
 Gratum elocuta consiliantibus  
 Junone Divis :—Ilion, Ilion  
       Fatalis incestusque judex  
       Et mulier peregrina vertit       20  
 15       In pulverem ; ex quo destituit deos  
 Mercede pacta Laomedon, mihi  
       Castaeque damnatum Minervae,  
       Cum populo et duce fraudulentio.  
 20       Jam nec Lacaenae splendet adulterae       25  
 Famosus hospes ; nec Priami domus  
       Perjura pugnaces Achivos  
       Hectoreis opibus refringit :

|                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               |    |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| Nostrisque ductum seditionibus<br>Bellum resedit. Protenus et graves<br>Iras, et invisum nepotem,<br>Troïca quem peperit sacerdos,<br>Marti redonabo. Illum ego lucidas<br>Inire sedes, ducere nectaris<br>Succos, et adscribi quietis<br>Ordinibus patiar deorum.                                                                                                                                                            | 30 |
| Dum longus inter sæviat Iliion<br>Romanque pontus; qualibet exsules<br>In parte regnanto beati:<br>Dum priami Paridisque busto<br>Insultet armentum, et catulos ferae<br>Celent inultae; stet Capitolium<br>Fulgens, triumphatisque possit<br>Roma ferox dare jura Medis.                                                                                                                                                     | 40 |
| Horrenda late nomen in ultimas<br>Extendat oras, qua medius liquor<br>Secernit Europen ab Afro,<br>Qua tumidus rigat arva Nilus;<br>Aurum irrepertum, et sic melius situm,<br>Cum terra celat, spernere fortior,<br>Quam cogere humanos in usus<br>Omne sacrum rapiente dextra.<br>Quicumque mundo terminus obstitit,<br>Hunc tangat armis; visere gestiens,<br>Qua parte debacchentur ignes,<br>Qua nebulae pluviique rores. | 45 |
| Sed bellicosis fata Quiritibus<br>Hae lege dico; ne nimum pii,<br>Rebusque fidentes, avitae<br>Tecta velint reparare Trojae.<br>Trojae renascens alite lugubri<br>Fortuna tristi clade iterabitur,<br>Ducente victrices catervas<br>Conjuge me Jovis et sorore.                                                                                                                                                               | 50 |
| Ter si resurgat murus aëneus,<br>Auctore Phoebo, ter pereat meis<br>Excisus Argivis; ter uxor<br>Capta virum puerosque ploret.—<br>Non haec jocosae conveniunt lyrae:                                                                                                                                                                                                                                                         | 55 |
|                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               | 60 |
|                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               | 65 |

30 Quo, Musa, tendis ? desine pervicax  
Referre sermones deorum, et  
Magna modis tenuare parvis

ODE IV.—*Ad Calliopen.*

35 DESCENDE coelo, et dic age tibia,  
Regina, longum, Calliope, melos ;  
Seu voce nunc mavis acuta,  
Seu fidibus citharaque Phoebi.  
Auditis ? an me ludit amabilis  
40 Insania ? Audire et videor pios  
Errare per lucos, amoenae  
Quos et aquae subeunt, et aurae.  
Me fabulosae Vulture in Appulo,  
Altriciis extra limen Apuliae, 10  
Ludo fatigatumque somno,  
45 Fronde nova puerum palumbes  
Texere : mirum quod foret omnibus,  
Quicumque celsae nidum Acherontiae,  
Saltusque Bantinos, et arvom 15  
Pingue tenent humilis Forenti ;  
50 Ut tuto ab atris corpore viperis  
Dormirem, et ursis ; ut premerer sacra  
Lauroque, collataque myrto,  
Non sine dis animosus infans. 20  
Vester, Camenae, vester in arduos  
55 Tollor Sabinos ; seu mihi frigidum  
Praeneste, seu Tibur supinum,  
Seu liquidae placuere Baiae.  
Vestris amicum fontibus et choris, 25  
Non me Philippis versa acies retro,  
60 Devota non exstinxit arbos,  
Nec Sicula Palinurus unda.  
Utcunque mecum vos eritis, libens  
Insanientem navita Bosporum 30  
Tentabo, et arentes arenas  
Littoris Assyrii viator.  
65 Visam Britannos, hospitibus feros,  
Et, laetum equino sanguine, Concanum :  
Visam pharetratos Gelonos, 35  
Et Scythicum inviolatus annem.

|                                                                                                                                                  |    |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| Vos Caeserem altum, militia simul<br>Fessas cohortes abdidit oppidis,<br>Finire quaerentem labores,<br>Pierio recreatis antro :                  | 40 |
| Vos lene consilium et datis, et dato<br>Gaudetis almae. Scimus ut impios<br>Titanas immanemque turmam<br>Fulmine sustulerit cadueo,              | 45 |
| Qui terram inertem, qui mare temperat<br>Ventosum, et urbes, regnaque tristia,<br>Divosque, mortalesque turbas,<br>Imperio regit unus aequo.     | 50 |
| Magnum illa terrorem intulerat Jovi,<br>Fidens, juvenus horrida, braehiis,<br>Fratresque tendentes opaco<br>Peljo imposuisse Olympo.             | 55 |
| Sed quid Typhœus et validus Mimas,<br>Aut quid minaci Porphyriion statu,<br>Quid Rhoetus, evulsisque truncis<br>Enceladus jaculator audax,       | 60 |
| Contra sonantem Palladis aegida<br>Possent ruentes ? Hinc avidus stetit<br>Vulcanus ; hinc matrona Juno, et,<br>Nunquam humeris positurus arcum, | 65 |
| Qui ror̄ puro Castaliae lavit<br>Crines solutos, qui Lyciae tenet<br>Dumeta natalemque silvam,<br>Delius et Patareus Apollo.                     | 70 |
| Vis consili expers mole ruit sua :<br>Vim tamperatam dī quoque provehunt<br>In majus : idem odere vires<br>Omne nefas animo moventes.            | 75 |
| Testis mearum centimanus Gyges<br>Sententiarum, notus et integrae<br>Tentator Orion Dianae,<br>Virginea domitus sagitta.                         |    |
| Injecta monstribus Terra dolet suis ;<br>Moeretque partus, fulmine luridum<br>Missos ad Oreum : nec peredit<br>Impositam celer ignis Aetnen :    |    |
| Incontinentis nec Tityi jecur                                                                                                                    |    |

Relinquit ales, nequitiae additus  
 Custos : amatorem trecentae  
 Pirithoum cohibent catenae.

80

## ODE V.

COELO tonantem credidimus Jovem  
 Regnare : praesens divus habebitur  
 Augustus, adjectis Britannis  
 Imperio, gravibusque Persis.  
 Milesne Crassi conjuge barbara  
 Turpis maritus vixit ? et hostium  
 (Prò curia, inversique mores !)

5

Consenuit socerorum in arvis,  
 Sub rege Medo, Marsus et Appulus,  
 Anciliorum et nominis et togae  
 Oblitus, aeternaeque Vestae,  
 Incolumi Jove, et urbe Roma ?

10

Hoc caverat mens provida Reguli,  
 Dissidentis conditionibus  
 Foedis, et exemplo trahenti

15

Perniciem veniens in aevum,  
 Si non periret immiserabilis  
 Captiva pubes.—Signa ego Punicis  
 Affixa delubris, et arma

60

Militibus sine caede, dixit,  
 Derepta vidi : vidi ego civium  
 Reterta tergo brachia libera

20

Portasque non clausas, et arva  
 Marte coli populata nostro.

65

Auro repensus scilicet acrior  
 Miles redibit ! Flagitio additis  
 Damnum. Neque amissos colores

25

Lana refert medicata fuce ;  
 Nec vera virtus, cum semel excidit,  
 Curat reponi deterioribus.

70

Si pugnat extricata densis  
 Cervae plagis, erit ille fortis,  
 Qui perfidis se credidit hostibus ;  
 Et Marte Poenos proteret altero,

30

Qui lora restrictis lacertis  
 Sensit iners, timuitque mortem.

75

35

- Hic, unde vitam sumeret, insciens,  
 Pacem duello miscuit. O pudor !  
 O magna Carthago, probrosis  
 Altior Italiae ruinis!— 40
- Fertur pudicae conjugis osculum,  
 Parvosque natos, ut capitis minor,  
 Ab se removisse, et virilem  
 Torvus humi posuisse vultum ;  
 Donec labantes consilio Patres 45  
 Firmaret auctor nunquam alias dato,  
 Interque moerentes amicos  
 Egregius properaret exsul.  
 Atqui sciebat quae sibi barbarus  
 Tortor pararet : non aliter tamen 50  
 Dimovit obstantes propinquos,  
 Et populum reditus morantem,  
 Quam si clientum longa negotia,  
 Dijudicata lite, relinqueret,  
 Tendens Venafranos in agros, 55  
 Aut Lacedaemonium Tarentum.
- ODE VI.—*Ad Romanos.*
- DELICTA majorum, immeritus, lues,  
 Romane, donec templa refeceris,  
 Aedesque labentes deorum, et  
 Foeda nigro simulaera fumo.  
 Dis te minorem quod geris, imperas : 5  
 Hinc omne principium, huc refer exitum.  
 Di multa neglecti dederunt  
 Hesperiae mala luctuosae.  
 Jam bis Monaeses, et Paëori manus  
 Non auspicatos contudit impetus 10  
 Nostros, et adjecisse praedam  
 Torquibus exiguis renidet.  
 Paene, occupatam seditionibus,  
 Delevit urbem Dacus, et Aethiops ;  
 Hic classe formidatus, ille 15  
 Missilibus melior sagittis.  
 Fecunda culpa saecula nuptias  
 Primum inquinavere, et genus, et domos :  
 Hoc fonte derivata clades  
 In patriam populumque fluxit. 20

Motus doceri gaudet Ionicos  
 Matura virgo, et fingitur artubus ;  
 Jam nunc et incestos amores  
 De tenero meditatur ungui.  
 40 Mox juniores quaerit adulteros 25  
 Inter inariti vina : neque eligit,  
 Cui donet impermissa raptim  
 Gaudia, luminibus remotis ;  
 45 Sed, jussa, coram, non sine consilio  
 Surgit marito, seu vocat institor, 30  
 Seu navis Hispanae magister,  
 Dedecorum pretiosus emtor.  
 Non his juvenus orta parentibus  
 50 Infecit aequor sanguine Punico,  
 Pyrrhumque et ingentem cecidit 35  
 Antiochum, Hannibalemque dirum :  
 Sed rusticorum mascula militum  
 Proles, Sabellis docta ligonibus  
 55 Versare glebas, et severae  
 Matris ad arbitrium recisos 40  
 Portare fustes, sol ubi montium  
 Mutaret umbras, et juga demeret  
 Bobus fatigatis, amicum  
 Tempus agens abeunte curru.  
 Damuosa quid non imminuit dies ? 45  
 Aetas parentum, pejor avis, tulit  
 5 Nos nequiores, mox daturos  
 Progeniem vitiosiore.

ODE VII.—*Ad Asterien.*

Quid fles, Asterie, quem tibi candidi  
 10 Primo restituent vere Favonii,  
 Thyna merce beatum,  
 Constantis juvenem fide,  
 Gygen ? Ille, Notis actus ad Oriem 5  
 Post insana caprae sidera, frigidas  
 15 Noctes, non sine multis,  
 Insomnis, lacrimis, agit.  
 Atqui sollicitae nuntius <sup>aspitæ,</sup>  
 Suspirare Chloën, et miseram tuis 10  
 Dicens ignibus uri,  
 20 Tentat mille vafer modis.

|                                                                                                                                                                              |    |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| Ut Proetum mulier perfida credulum<br>Falsis impulerit criminibus nimis<br>Casto Bellerophonti                                                                               | 15 |
| Maturare necem, refert.<br>Narrat paene datum Pelea Tartaro,<br>Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens :<br>Et peccare docentes<br>Fallax historias movet :                | 20 |
| Frustra ; nam scopulis surdior Icar<br>Voces audit, adhuc integer. At, tibi<br>Ne vicinus Enipeus<br>Plus justo placeat, cave ;<br>Quamvis non alius flectere equum sciens   | 25 |
| Aequae conspicitur gramine Martio,<br>Nec quisquam citus aequae<br>Tusco denatat alveo.<br>Prima nocte domum claude : neque in vias<br>Sub cantu querulae despicere tibiae : | 30 |
| Et te saepe vocanti<br>Duram difficilis mane.                                                                                                                                |    |

ODE VIII.—*Ad Maecenatem.*

|                                                                                                                                    |    |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| MARTIIS caelebs quid agam Kalendis,<br>Quid velint flores, et acerra turis<br>Plena, miraris, positusque carbo in<br>Cespite vivo, | 5  |
| Docte sermones utriusque linguae.<br>Voveram dulces epulas et album<br>Liberi caprum, prope funeratus<br>Arboris ictu.             |    |
| Hic dies, anno redeunte, festus<br>Corticem adstrictum pice dimovebit<br>Amphorae fumum bibere institutae<br>Consule Tullo.        | 10 |
| Sume, Maecenas, cyathos amici<br>Sospitis centum ; et vigiles lucernas<br>Perfer in lucem : procul omnis esto<br>Clamor, et ira.   | 15 |
| Mitte civiles super urbe curas.<br>Occidit Daci Cotisonis agmen :                                                                  |    |

Medus infestus sibi luctuosus  
Dissidet armis : 20

Servit Hispanae vetus hostis orae,  
Cantaber, sera domitus catena :  
Jam Scythae laxo meditantur arcu  
Cedere campis.

Negligens, ne qua populus laboret, 25  
Parce privatus nimium cavere :  
Dona praesentis cape laetus horae, et  
Linque severa.

ODE IX.—*Ad Lydiam.*

HORATIUS.

DONEC gratus eram tibi,  
Nec quisquam potior brachia candidae  
Cervici juvenis dabat,  
Persarum vigui rege beator.

LYDIA.

Donec non alia magis 5  
Arsisti, neque erat Lydia post Chloën ;  
Multi Lydia nominis,  
Romana vigui clarior Iliā.

HORATIUS.

Me nunc Thressa Chloë regit,  
Dulces docta modos, et citharae sciens ; 10  
Pro qua non metuam mori,  
Si parcent animae fata superstiti.

LYDIA.

Me torret face mutua  
Thurini Calais filius Ornyti ;  
Pro quo bis patiar mori, 15  
Si parcent puero fata superstiti.

HORATIUS.

Quid, si prisca redit Venus,  
Diductosque jugo cogit aëneo ;  
Si flava excutitur Chloë,  
Rejectaeque patet janua Lydiae ?

## LYDIA.

Quamquam sidere pulchrior  
 Ille est, tu levior cortice, et improbo  
 Iracundior Hadria ;  
 Tecum vivere amem, tecum obeam libens.

ODE X.—*Ad Lycen.*

EXTREMUM Tanain si biberes, Lyce,  
 Saevo nupta viro, me tamen asperas  
 Porrectum ante fores obijcere incolis  
 Plorares Aquilonibus.  
 Audis, quo strepitu janua, quo nemus 5  
 Inter pulchra satum tecta remugiat  
 Ventis ; et positas ut glaciēt nives  
 Puro numine Jupiter ?  
 Ingratam Veneri, pone superbiam,  
 Ne, currente rota, funis eat retro. 10  
 Non te Penelopēn difficilem procis  
 Tyrrenus genuit parens.  
 O, quamvis neque te munera, nec preces,  
 Nec tinctus viola pallor amantium,  
 Nec vir Pieria pellice saucius 15  
 Curvat ; supplicibus tuis  
 Parcas, nec rigida mollior aesculo,  
 Nec Mauris animum mitior anguibus !  
 Non hoc semper erit liminis, aut aquae  
 Coelestis, patiens latus. 20

ODE XI.—*Ad Mercurium.*

MERCURI, nam, te docilis magistro,  
 Movit Amphion lapides canendo ;  
 Tuque, Testudo, resonare septem  
 Callida nervis,  
 Nec loquax olim neque grata, nunc et 5  
 Divitum mensis et amica templis ;  
 Dic modos, Lyde quibus obstinatas  
 Applicet aures :  
 Quae, velut latis equa trima campis,  
 Ludit exsultim, metuitque tangi, 10  
 Nuptiarum expers, et adhuc protervo  
 Cruda marito.

- Tu potes tigres comitesque silvas  
 Ducere, et rivos celeres morari.  
 Cessit immanis tibi blandienti  
 Janitor aulae, 15
- Cerberus ; quamvis furiale centum  
 Mumiant angues caput ejus, atque  
 Spiritus teter, saniesque manet  
 Ore trilingui. 20
- Quin et Ixion, Tityosque vultu  
 Risit invito : stetit urna paullum  
 Sicca, dum grato Danaï puellas  
 Carmine mulces.
- Audiat Lyde scelus atque notas 25  
 Virginum poenas, et inane lymphæ  
 Dolium, fundo pereuntis imo,  
 Seraque fata,
- Quæ manent culpas etiam sub Orco.  
 Impiæ, (nam quid potuere majus ?)  
 Impiæ, sponso potuere duro  
 Perdere ferro. 30
- Una de multis, face nuptiali  
 Digna, perjurum fuit in parentem  
 Splendide mendax, et in omne virgo  
 Nobilis ævum : 35
- Surge, quæ dixit juveni marito,  
 Surge, ne longus tibi somnus, unde  
 Non times, detur ; socerum et scelestas  
 Falle sorores, 40
- Quæ, velut nactæ vitulos leaenæ,  
 Singulos, eheu ! lacerant : ego, illis  
 Mollior, nec te feriam, neque intra  
 Claustra tenebo.
- Me pater sævis oneret catenis, 45  
 Quod viro clemens misero peperci ;  
 Me vel extremos Numidarum in agros  
 Classe releget.
- I, pedes quo te rapiunt et auræ,  
 Dum favet nox, et Venus : i secundo  
 Oræne ; et nostri memorem sepulero  
 Scalpe querelam. 50

ODE XII.—*Ad Neobulen.*

MISERARUM est, neque Amori dare ludum, neque dulci  
 Mala vino lavere ; aut exanimari, metuentes  
 Patruae verbera linguae. Tibi qualum Cythereae  
 Puer ales ; tibi telas, operosaeque Minervae  
 Studium, aufert, Neobule, Liparaei nitor Hebri, 5  
 Simul unctos Tiberinis humeros lavit in undis,  
 Eques ipso melior Bellerophonte, neque pugno  
 Neque segni pede victus ; catus idem per apertum  
 Fugientes agitato grege cervos jaculari, et  
 Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum. 10

ODE XIII.—*Ad Fontem Bandusiae.*

O FONS Bandu iae, splendidior vitro,  
 Dulci digne mero, non sine floribus,  
 Cras donaberis haedo ;  
 Cui frons, turgida cornibus  
 Primis, et Venerem et proelia destinat : 5  
 Frustra ; nam gelidos inficiet tibi  
 Rubro sanguine rivos  
 Lascivi suboles gregis.  
 Te flagrantis atrox hora Caniculae  
 Nescit tangere : tu frigus amabile 10  
 Fessis vomere tauris  
 Praebes, et pecori vago.  
 Fies nobilium tu quoque fontium,  
 Me dicente cavis impositam ilicem  
 Saxis, unde loquaces 15  
 Lymphae desiliunt tuae.

ODE XIV.—*De Reditu Augusti.*

HERCULIS ritu, modo dictus, o plebs !  
 Morte venalem petiisse laurum,  
 Caesar Hispana repetit penates  
 Victor ab ora. 5  
 Unico gaudens mulier marito  
 Prodeat, justis operata divis ;  
 Et soror clari ducis ; et decora  
 Supplice vitta  
 Virginum matres, juvenumque nuper

Sospitum. Vos, o pueri, et puellae  
 Jam virum expertae! male ominatis  
 Pareite verbis. 10

Hic dies vere mihi festus atras  
 Eximet curas: ego nec tumultum,  
 Nec mori per vim, metuam, tenente 15  
 Caesare terras.

I, pete unguentum, puer, et coronas,  
 Et cadum Marsi memorem duelli,  
 Spartacum si qua potuit vagantem 20  
 Fallere testa.

Die et argutae, properet, Neaerae,  
 Myrrheum nodo cohibere crinem:  
 Si per invisum mora janitorem  
 Fiet, abito. 25

Lenit albescens animos capillus  
 Litiū et rixae cupidos protervae.  
 Non ego hoc ferrem, calidus juventa,  
 Consule Planco. 5

ODE XV.—*Ad Chlorin.*

UXOR pauperis Ibyci,  
 Tandem nequitiae fige modum tuae,  
 Famosisque laboribus:  
 Maturo propior, desine, funeri,  
 Inter ludere virgines, 5

Et stellis nebulam spargere candidis.  
 Non, si quid Pholoën satis,  
 Et te, Chlori, decet: filia rectius  
 Expugnat juvenem domos,  
 Pulso Thyias uti concita tympano. 10

Illam cogit amor Nothi  
 Lascivae similem ludere capreae:  
 Te lanae prope nobilem  
 Tonsae Luceriana, non citharae, decent.  
 Nec flos purpureus rosae, 15  
 Nec poti, vetulam, faece tenus eadi.

ODE XVI.—*Ad Maccenatem.*

INCLUSAM Danaën turris aënea,  
 Robustaeque fores, et vigillum canum

- Tristes excubiae munierant satis  
 Nocturnis ab adulteris ;  
 Si non Acrisium, virginis abditae 5  
 Custodem pavidum, Jupiter et Venus  
 Risissent : fore enim tutum iter et patens  
 Converso in pretium deo.  
 Aurum per medios ire satellites,  
 Et perrumpere amat saxa potentius 10  
 Ictu fulmineo. Concidit auguris  
 Argivi domus, ob lucrum  
 Demersa exitio. Diffidit urbium  
 Portas vir Macedo, et subruit aemulos  
 Reges muneribus. Munera navium 15  
 Saevos illaqueant duces.  
 Crescentem sequitur cura pecuniam,  
 Majorumque fames. Jure perhorru  
 Late conspiciuum tollere verticem,  
 Maecenas, equitum decus. 20  
 Quanto quisque sibi plura negaverit,  
 Ab dis plura feret. Nil cupientium  
 Nudus castra peto, et transfuga divitum  
 Partes linq̄ere gestio,  
 Contentae dominus splendidior rei, 25  
 Quam si, quidquid arat impiger Appulus,  
 Occultare meis dicerer horreis,  
 Magnas inter opes inops.  
 Purae rivus aquae, silvaeque jugerum  
 Paucorum, et segetis certa fides meae 30  
 Fulgentem imperio fertilis Africae  
 Fallit sorte beatior.  
 Quamquam nec Calabriae mella ferunt apes,  
 Nec Laestrigonia Bacchus in amphora  
 Languescit mihi, nec pingua Gallicis 35  
 Crescunt vellera pascuis ;  
 Importuna tamen Pauperies abest :  
 Nec, si plura velim, tu dare deneges.  
 Contracto melius parva cupidine  
 Vectigalia porrigam, 40  
 Quam si Mygdoniis regnum Alyattei  
 Campis continuem. Multa petentibus  
 Desunt multa. Bene est, cui Deus obtulit  
 Parca quod satis est manu.

ODE XVII.—*Ad Aelium Lamiam.*

5 AELI, vetusto nobilis ab Lamo,  
 [Quando et priores hinc Lamias ferunt  
 Denominatos, et nepotum,  
 Per memores, genus omne, fastos,  
 Auctore ab illo ducit originem,] 5  
 10 Qui Formiarum moenia dicitur  
 Princeps, et innantem Maricae  
 Littoribus tenuisse Lirim,  
 Late tyrannus; cras foliis nemus  
 Multis, et alga littus inutili, 10  
 15 Demissa tempestas ab Euro  
 Sternet, aquae nisi fallit augur,  
 Annosa cornix. Dum potis, aridum  
 Compone lignum: cras Genium mero  
 Curabis et porco bimestri 15  
 20 Cum famulis, operum solutis.

ODE XVIII.—*Ad Faunum.*

25 FAUNE, Nympharum fugientum amator,  
 Per meos fines et aprica rura  
 Lenis incedas, abeasque parvis  
 Aequus alumnis;  
 Si tener pleno cadit haedus anno, 5  
 Larga nec desunt, Veneris sodali,  
 Vina craterae, vetus ara multo  
 Fumat odore.  
 30 Ludit herboso pecus omne campo,  
 Cum tibi Nonae redeunt Decembres: 10  
 Festus in pratis vacat otioso  
 Cum bove pagus:  
 35 Inter audaces lupus errat agnos:  
 Spargit agrestes tibi silva frondes:  
 Gaudet invisam pepulisse fossor 15  
 Ter pede terram.

ODE XIX.—*Ad Telephum.*

40 QUANTUM distet ab Inacho  
 Codrus, pro patria non timidus mori,  
 Narras, et genus Aeaci,

|                                        |    |
|----------------------------------------|----|
| Et pugnata sacro bella Ilio :          |    |
| Quo Chium pretio cadum                 | 5  |
| Mercemur, quis aquam temperet ignibus, |    |
| Quo praebente domum, et quota          |    |
| Pelignis caream frigoribus, taces.     |    |
| Da Lunae propere novae,                |    |
| Da Noctis mediae, da, puer auguris     | 10 |
| Murenæ : tribus aut novem              |    |
| Miscentur cyathis pocula commodis.     |    |
| Qui musas amat impares,                |    |
| Ternos ter cyathos attonitus petet     |    |
| Vates : tres prohibet supra,           | 15 |
| Rixarum metuens, tangere Gratia,       |    |
| Nudis juncta sororibus.                |    |
| Insanire juvat : cur Berecyntiae       |    |
| Cessant flamina tibiae ?               |    |
| Cur pendet tacita fistula cum lyra ?   | 20 |
| Parcentes ego dexteras                 |    |
| Odi : sparge rosas : audiat invidus    |    |
| Dementem strepitum Lycus,              |    |
| Et vicina, seni non habilis Lyco.      |    |
| Spissa te nitidum coma,                | 25 |
| Puro te similem, Telephe, Vespero,     |    |
| Tempestiva petit Rhodo ?               |    |
| Me lentus Glycerae torret amor meae.   |    |

ODE XX.—*Ad Pyrrhum.*

|                                     |    |
|-------------------------------------|----|
| NON vides quanto moveas periclo,    |    |
| Pyrrhe, Gaetulae catulos leaenae ?  |    |
| Dura post paullo fugies inaudax     |    |
| Proelia raptor,                     |    |
| Cum per obstantes juvenum catervas  | 5  |
| Ibit, insignem repetens Nearchum :  |    |
| Grande certamen, tibi praeda cedit  |    |
| Major, an illi.                     |    |
| Interim, dum tu celeres sagittas    |    |
| Promis, haec dentes acuit timendos, | 10 |
| Arbiter pugnae posuisse nudo        |    |
| Sub pede palmam                     |    |
| Fertur, et leni recreare vento      |    |

5 Sparsum odoratis humerum capillis ;  
Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa  
Raptus ab Ida. 15

ODE XXI.—*Ad Amphoram.*

10 O NATA mecum consule Manlio,  
Seu tu querelas, sive geris jocos,  
Seu rixam et insanos amores,  
Seu facilem, pia Testa, somnum ;  
15 Quocunque lectum nomine Massicum 5  
Servas, moveri digna bono die :  
Descende, Corvino jubente  
Promere languidiora vina.  
Non ille, quamquam Socraticis madet  
20 Sermonibus, te negliget horridus : 10  
Narratur et prisci Catonis  
Saepe mero caluisse vultus.  
Tu lene tormentum ingenio admoves  
Plerumque duro : tu sapientium  
25 Curas et arcanum jocoso 15  
Consilium retegis Lyaeo :  
Tu spem reducis mentibus anxiis,  
Viresque ; et addis cornua pauperi,  
Post te neque iratos trementi  
Regum apices, neque militum arma. 20  
Te Liber, et, si laeta aderit, Venus,  
Segnesque modum solvere Gratiae,  
Vivaeque producent lucernae,  
Dum rediens fugat astra Phoebus.

ODE XXII.—*Ad Dianam.*

5 MONTIUM custos nemorumque, Virgo,  
Quae laborantes utero puellas,  
Ter vocata, audis, adimisque leto,  
Diva triformis ;  
10 Imminens villae tua pinus esto, 5  
Quam per exactos ego laetus annos  
Verris obliquum meditantis ictum  
Sanguine donem.

ODE XXIII.—*Ad Phidylon.*



|                                                                                                                                                                                                                                                                        |          |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------|
| COELO supinas si tuleris manus<br>Nascente Luna, rustica Phidylo,<br>Si turo placaris et horna<br>Fruge lares, avidaque porca ;                                                                                                                                        |          |
| Nec pestilentem sentiet Africum<br>Fecunda vitis, nec sterilem seges<br>Robiginem, aut dulces alumni<br>Pomifero grave tempus anno.                                                                                                                                    | 5        |
| Nam, quae nivali pascitur Algido<br>Devota quercus inter et ilices,<br>Aut crescit Albanis in herbis,<br>Victima pontificum secures<br>Cervice tinguet : te nihil attinet<br>Tentare multa caede bidentium<br>Parvos coronantem marino<br>Rore deos, fragilique myrto. | 10       |
| Immunis aram si tangit manus,<br>Non sumtuosa blandior hostia<br>Mollivit aversos Penates<br>Farre pio et saliente mica.                                                                                                                                               | 15<br>20 |

## ODE XXIV.




|                                                                                                                                                                                                             |    |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| INTACTIS opulentior<br>Thesauris Arabum et divitis Indiae,<br>Caementis licet occupes<br>Tyrrenum omne tuis, et mare Apulicum :<br>Si figit adamantinos                                                     | 5  |
| Summis verticibus dira Necessitas<br>Clavos, non animum metu,<br>Non mortis laqueis expedies caput.<br>Campestres melius Scythae,<br>Quorum plaustra vagas rite trahunt domos,<br>Vivunt, et rigidi Getae : | 10 |
| Immetata quibus jugera liberas<br>Fruges et Cererem ferunt ;<br>Nec cultura placet longior annua ;<br>Defunctumque laboribus<br>Aequali recreat sorte vicarius.<br>Illic matre carentibus                   | 15 |

|    |                                                                         |    |
|----|-------------------------------------------------------------------------|----|
|    | Privignis mulier temperat innocens ;<br>Nec dotata regit virum          |    |
|    | Conjux, nec nitido fudit adulterio :<br>Dos est magna parentium         | 20 |
| 5  | Virtus, et metuens alterius viri<br>Certo foedere castitas,             |    |
|    | Et peccare nefas, aut pretium emori.<br>O quisquis volet impias         | 25 |
|    | Caedes et rabiem tollere civicam !<br>Si quaeret PATER URBIUM           |    |
| 10 | Subscribi statuis, indomitam audeat<br>Refrenare licentiam ;            |    |
|    | Clarus postgenitis, quatenus, heu nefas !<br>Virtutem incolumem odimus, | 30 |
|    | Sublatam ex oculis quaerimus, invidi.<br>Quid tristes querimoniae,      |    |
| 15 | Si non supplicio culpa reciditur ?<br>Quid leges, sine moribus          | 35 |
|    | Vanae, proficiunt, si neque fervidis<br>Pars inclusa caloribus          |    |
| 20 | Mundi, nec Boreae finitimum latus,<br>Durataeque solo nives             |    |
|    | Mercatorem abigunt ; horrida callidi<br>Vincunt aequora navitae ;       | 40 |
|    | Magnum pauperies opprobrium jubet<br>Quidvis et facere et pati,         |    |
|    | Virtutisque viam deserit arduae ?<br>Vel nos in Capitolium,             | 45 |
| 5  | Quo clamor vocat, et turba faventium ;<br>Vel nos in mare proximum      |    |
|    | Gemmas, et lapides, aurum et inutile,<br>Summi materiem mali,           |    |
| 10 | Mittamus, scelerum si bene poenitet.<br>Eradenda cupidinis              | 50 |
|    | Pravi sunt elementa, et tenerae nimis<br>Mentes asperioribus            |    |
|    | Formandae studiis. Nescit equo rudis<br>Haerere ingenuus puer,          | 55 |
| 15 | Venarique timet ; ludere doctior,<br>Seu Graeco jubeas trocho,          |    |
|    | Seu malis vetita legibus alea :                                         |    |





**IMAGE EVALUATION  
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic  
Sciences  
Corporation**

23 WEST MAIN STREET  
WEBSTER, N.Y. 14580  
(716) 872-4503



Cum perjura patris fides  
 Consortem socium fallat, et hospitem, 60  
 Indignoque pecuniam  
 Heredi properet. Scilicet improbae  
 Crescunt divitiae ; tamen  
 Curtae nescio quid semper abest rei.

ODE XXV.—*Ad Bacchum.*

Quo me, Bacche, rapis tui  
 Plenum ? Quae nemora, aut quos agor in specus,  
 Velox mente nova ? Quibus  
 Antris, egregii Caesaris audiar  
 Aeternum meditans decus 5  
 Stellis inserere, et consilio Jovis ?  
 Dicam insigne, recens, adhuc  
 Indictum ore alio. Non secus in jugis  
 Exsomnia stupet Etias,  
 Hebrum prospiciens, et nive candidam 10  
 Thracen, ac pede barbaro  
 Lustratam Rhodopen. Ut mihi devio  
 Ripas et vacuum nemus  
 Mirari libet ! O Naiadum potens,  
 Baccharumque, valentium 15  
 Proceras manibus vertere fraxinos ;  
 Nil parvum, aut humili modo,  
 Nil mortale loquar. Dulce periculum est,  
 O Lenae ! sequi deum  
 Cingentem viridi tempora pampino. 20

ODE XXVI.—*Ad Venerem.*

Vixi puellis nuper idoneus,  
 Et militavi non sine gloria ;  
 Nunc arma, defunctumque bello  
 Barbiton, hic paries habebit,  
 Laevum marinae qui Veneris latus 5  
 Custodit. Hic, hic ponite lucida  
 Funalia, et vectes et arcus  
 Oppositis foribus minaces.  
 O quae beatam, Diva, tenes Cyprum, et  
 Memphin carentem Sithonia nive, 10  
 Regina ! sublimi flagello  
 Tange Chloën semel arrogantem.

ODE XXVII.—*Ad Galatam.*

IMPIOS parrae recinentis omen  
 Ducat, et praegnans canis, aut ab agro  
 Rava decurrens lupa Lanuvino,

Fetaque vulpes:

Rumpat et serpens iter institutum,  
 Si per obliquum similis sagittae  
 Terruit mannos. Ego cui timebo,  
 Providus auspex,

Antequam stantes repetat paludes  
 Imbrium divina avis imminutum,  
 Oscinem corvum prece suscitabo  
 Solis ab ortu.

Sis, licet, felix, ubicumque mavis,  
 Et memor nostri, Galatea, vivas:  
 Teque nec laevus vetet ire picus,  
 Nec vaga cornix.

Sed vides, quanto trepidet tumultu  
 Pronus Orion? Ego, quid sit ater  
 Hadriae, novi, sinus, et quid albus  
 Peccet Iapyx.

Hostium uxores puerique caecos  
 Sertiant motus orientis Austri, et  
 Aequoris nigri fremitum, et trementes  
 Verbere ripas.

Sic et Europe niveum doloso  
 Credidit tauro latus, et scatentem  
 Belluis pontum, mediasque fraudes,  
 Palluit audax.

Nuper in pratis studiosa florum, et  
 Debitae Nymphis opifex coronae,  
 Nocte sublustri nihil astra praeter  
 Vidit et undas.

Quae simul centum tetigit potentem  
 Oppidis Creten;—Pater, o relictum  
 Filiae nomen, pietasque, dixit,  
 Victo furore!

Unde? quo veni? Levis una mors est  
 Virginum culpa. Vigilansne ploro  
 Turpe commissum, an vitii carentem  
 Ludit imago

60

specus,

5

10

15

20

5

10

5

10

15

20

25

30

35

40

- Vana, quae, porta fugiens oburna,  
Somnium ducit? Meliusne fluctus  
Ire per longos fuit, an recentes  
Carpere flores? 45
- Si quis infamem mihi nunc juvenum  
Dedat iratae, lacerare ferro, et  
Frangere enitar modo multum amati  
Cornua monstri.
- Impudens liqui patrios penates:  
Impudens Orcum moror! O deorum 50  
Si quis haec audis, utinam inter errem  
Nuda leones!
- Antequam turpis macies decentes  
Occupet malas, teneraeque succus  
Defluat praedae, speciosa quaero 55  
Pascere tigres.
- Vilis Europe, pater arguet absens,  
Quid mori cessas? potes hac ab orno  
Pendulum zona, bene te secuta,  
Laedere collum. 60
- Sive te rupes et acuta leto  
Saxa delectant, age, te procellae  
Crede veloci: nisi herile mavis.  
Carpere pensum,
- Regius sanguis, dominaeque tradi 65  
Barbarae pellex.—Aderat querenti,  
Perfidum ridens, Venus, et remisso  
Filius arcu.
- Mox, ubi lusit satis, Abstineto,  
Dixit, irarum calidaeque rixae, 70  
Cum tibi invisus laceranda reddet  
Cornua taurus.
- Uxor invicti Jovis esse nescis?  
Mitte singultus; bene ferre magnam  
Disce fortunam: tua sectus orbis 75  
Nomina ducet.

ODE XXVIII.—*Ad Lyden.*

FESTO quid potius die  
Neptuni faciam? prome reconditum,  
Lyde, strenua Caecubum,  
Munitaeque adhibe vim sapientiae.

- Inclinare meridiem 5  
 Sentis ; ac, veluti stet volucris dies,  
 Parcis deripere horreo  
 Cessantem Bibuli consulis amphoram.  
 45 Nos cantabimus invicem  
 Neptunum, et virides Nereidum comas : 10  
 Tu curva recines lyra  
 Latonam, et celeris spicula Cynthiae :  
 50 Summo carmine, quae Cnidon  
 Fulgentesque tenet Cycladas, et Paphon  
 Junctis visit oloribus : 15  
 Dicetur merita Nox quoque naenia.
- ODE XXIX.—*Ad Maecenatem.*
- 55 TYRRHENA regum progenies, tibi  
 Non ante verso lene merum cado,  
 Cum flore, Maecenas, rosarum, et  
 Pressa tuis balanus capillis  
 60 Jamdudum apud me est. Eripe te morae : 5  
 Ne semper udum Tibur et Aesulae  
 Declive contempleris arvom, et  
 Telegoni juga parricidae.  
 Fastidiosam desere copiam, et  
 65 Molem propinquam nubibus arduis : 10  
 Omitte mirari beatae  
 Fumum, et opes, strepitumque, Romae.  
 Plerumque gratae divitibus vices,  
 Mundaesque parvo sub lare pauperum  
 70 Coenae, sine aulæis et ostro, 15  
 Sollicitam explicuere frontem.  
 Jam clarus occultum Andromedae pater  
 Ostendit ignem : jam Procyon furit,  
 Et stella vesani Leonis,  
 75 Sole dies referente siccos. 20  
 Jam pastor umbras, cum grege languido,  
 Rivumque, fessus quaerit, et horridi  
 Dumeta Silvani : caretque  
 Ripa vagis taciturna ventis.  
 Tu, civitatem quis deceat status, 25  
 Curas, et urbi sollicitus times,  
 Quid Seres et regnata Cyro  
 Bactra parent, Tanaisque discors.

|                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |                                        |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------|
| Prudens futuri temporis exitum<br>Caliginosa nocte premit Deus;<br>Ridetque, si mortalis ultra<br>Fas trepidat. Quod adest, memento<br>Componere aequus : cetera fluminis<br>Ritu feruntur, nunc medio alveo<br>Cum pace delabentis Etruscum<br>In mare ; nunc lapides adesos,<br>Stirpesque raptas, et pecus, et domos,<br>Volventis una, non sine montium<br>Clamore, vicinaeque silvae,<br>Cum fera diluvies quietos<br>Irritat amnes. Ille potens sui<br>Laetusque deget, cui licet in diem<br>Dixisse, Vixi : cras vel atra<br>Nube polum Pater occupato,<br>Vel sole puro : non tamen irritum,<br>Quodcumque retro est, efficiet ; neque<br>Diffinget, infectumque reddet,<br>Quod fugiens semel hora vexit.<br>Fortuna, saevo laeta negotio, et<br>Ludum insolentem ludere pertinax,<br>Transmutat incertos honores,<br>Nunc mihi, nunc alii benigna.<br>Laudo manentem : si celeres quatit<br>Pennas, resigno quae dedit, et mea<br>Virtute me involvo, probamque<br>Pauperiem sine dote quaero.<br>Non est meum, si mugiat Africis<br>Malus procellis, ad miseram preces<br>Decurrere, et votis pacisci,<br>Ne Cypriae Tyriaeque merces<br>Addant avaro divitias mari.<br>Tunc me, biremis praesidio scaphae,<br>Tutum per Aegaeos tumultus<br>Aura feret, geminusque Pollux. | 30<br>35<br>40<br>45<br>50<br>55<br>60 |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------|

## ODE XXX.

EXEGI monumentum aere perennius,  
Regalique situ Pyramidum altius ;  
Quod non imber edax, non Aquilo impotens

|    |                                                                                                                                                                                                                                                                                |    |
|----|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| 30 | Possit diruere, aut innumerabilis<br>Annorum series, et fuga temporum.                                                                                                                                                                                                         | 5  |
| 35 | Non omnis moriar ; multaque pars mei<br>Vitabit Libitinam. Usque ego postera<br>Crescam laude recens, dum Capitolium<br>Scandet cum tacita virgine pontifex.                                                                                                                   | 10 |
| 40 | Dicar, qua violens obstropit Aufidus,<br>Et qua pauper aquae Daunus agrestium<br>Regnavit populorum, ex humili potens,<br>Princeps Aeolium carmen ad Italos<br>Deduxisse modos. Sume superbiam<br>Quaesitam meritis, et mihi Delphica<br>Lauro cinge volens, Melpomene, comam. | 15 |

45

50

55

60

Q. HORATHI FLACCI  
CARMINUM  
LIBER IV.

---

ODE I. - *Ad Venerem.*

|                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| INTERMISSA, Venus, diu,<br>Rursus bella moves? Parce, precor, precor :<br>Non sum, qualis eram bonae<br>Sub regno Cinaræ. Desine, dulcium<br>Mater saeva Cupidinum, 5<br>Circa lustra decem flectere mollibus<br>Jam durum imperiis. Abi,<br>Quo blandæ juvenum te revocant preces.<br>Tempestivius in domum                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                             |
| Paulli, purpureis ales oloribus, 10<br>Commissabere Maximi,<br>Si torrere jecur quaoris idoneum.<br>Namque et nobilis, et decens,<br>Et pro sollicitis non tacitus reis,<br>Et centum puer artium, 15<br>Late signa feret militiæ tuæ ;<br>Et, quandoque potentior<br>Largis muneribus riserit aemuli,<br>Albanos prope te lacus<br>Ponet marmoream sub trabe citrea. 20<br>Illic plurima naribus<br>Duces tura ; lyraeque et Berecynthiæ<br>Delectabere tibiæ<br>Mixtis carminibus, non sine fistula.<br>Illic bis pueri die 25<br>Numen, cum teneris virginibus, tuum<br>Laudantes, pede candido<br>In morem Saliûm ter quatient humum.<br>Me nec femina, nec puer<br>Jam, nec spes animi credula mutui, 30<br>Nec certare juvat mero, |

Nec vincere novis tempora floribus.  
 Sed cur, heu ! Ligurine, cur  
 Manat rara meas lacrima per genas ?  
 Cur facunda parum decoro 35  
 Inter verba cadit lingua silentio ?  
 Nocturnis ego somniis  
 Jam captum teneo, jam volucrem sequor  
 Te per gramina Martii  
 Campi, te per aquas, dure, volubiles. 40

ODE II.—*Ad Antonium Iulum.*

PINDARUM quisquis studet aemulari,  
 Iule, ceratis ope Daedalea  
 Nititur pennis, vitreo daturus  
 Nomina ponto. 5  
 Monte decurrens velut amnis, imbres  
 Quem super notas aluere ripas,  
 Fervet, immensusque ruit profundo  
 Pindarus ore :  
 Laurea donandus Apollinari,  
 Seu per audaces nova dithyrambos 10  
 Verba devolvit, numerisque fertur  
 Lege solutis :  
 Seu deos, regesque canit, deorum  
 Sanguinem, per quos cecidere justa  
 Morte centauri, cecidit tremendae 15  
 Flamma Chimaerae :  
 Sive, quos Elea domum reducit  
 Palma coelestes, pugilemve equumve  
 Dicit, et centum potiore signis 20  
 Munere donat :  
 Flebili sponsae juvenemve raptum  
 Plorat, et vires, animumque, moresque  
 Aureos, educit in astra, nigroque  
 Invidet Orco. 25  
 Multa Dircaeam levat aura cyenum,  
 Tendit, Antoni, quoties in altos  
 Nubium tractus : ego, apis Matinae  
 More modoque,  
 Grata carpentis thyma per laborem  
 Plurimum, circa nemus uvidique 30

- Tiburis ripas operosa parvus  
Carmina fingo.  
Concines majore poëta plectro  
Caesarem, quandoque trahet feroces  
Per sacrum clivum, merita decorus 35  
Fronde, Sygambros :  
Quo nihil majus, meliusve, terris  
Fata donavere, bonique divi ;  
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum  
Tempora prisceum. 40  
Concines laetosque dies, et urbis  
Publicum ludum, super impetrato  
Fortis Augusti reditu, forumque  
Litibus orbum.  
Tum meae, si quid loquar audiendum, 45  
Vocis accedet bona pars ; et, O sol  
Pulcher ! o laudande ! canam, recepto  
Caesare felix.  
Tuque dum procedis, IO TRIUMPHE !  
Non semel dicemus, IO TRIUMPHE ! 50  
Civitas omnis, dabimusque divis  
Tura benignis.  
Te recem tauri, totidemque vaccae ;  
Me tener solvet vitulus, relicta  
Matre, qui largis juvenescit herbis 55  
In mea vota,  
Fronte curvatos imitatus ignes  
Tertium Lunae referentis ortum,  
Qua notam duxit, niveus videri,  
Cetera fulvus. 60

ODE III.—*Ad Melpomenen.*

- QUEM tu, Melpomene, semel  
Nascentem placido lumine videris,  
Illum non labor Isthmius  
Clarabit pugilem, non equus impiger  
Curru ducet Achaïco 5  
Victorem ; neque res bellica Deliis  
Ornatum foliis ducem,  
Quod regum tumidas contuderit minas,  
Ostendet Capitolio ;

Sed quae Tibur aquae fertile praefluunt, 10  
 Et spissae nemorum comae  
 Fingent Aeolio carmine nobilem.  
 Romae, principis urbium,  
 35 Dignatur suboles inter amabiles  
 Vatum ponere me choros : 15  
 Et jam dente minus mordeor invido.  
 O, testudinis aureae  
 40 Dulcem quae strepitum, Pieri, temperas !  
 O, mutis quoque piscibus  
 Donatura cyeni, si libeat, sonum ! 20  
 Totum muneris hoc tui est,  
 45 Quod monstror digito praetereuntium  
 Romanae fidicen lyrae :  
 Quod spiro, et placeo, si placeo, tuum est.

ODE IV.—*Drusi Laudés.*

50 QUALEM ministrum fulminis alitem  
 (Cui rex deorum regnum in aves vagas  
 Permisit, expertus fidelem,  
 Jupiter, in Ganymede flavo) 5  
 Olim juvenitas, et patrius vigor  
 Nido laborum propulit inscium,  
 55 Vernique, jam nimbis remotis,  
 Insolitos docuere nisis  
 Venti paventem ; mox in ovilia  
 Demisit hostem vividus impetus ; 10  
 Nunc in reluctantes dracones  
 Egit amor dapis atque pugnae :  
 60 Qualemve laëtis caprea pascuis  
 Intenta, fulvae matris ab ubere  
 Jam lacte depulsum leonem, 15  
 Dente novo peritura, vidit ;  
 Videre Rhaetis bella sub Alpibus  
 Drusum gerentem Vindelici ; quibus  
 5 Mos unde deductus per omne  
 Tempus Amazonia securi 20  
 Dextras obarmet, quaerere distuli :  
 Nec scire fas est omnia. Sed diu  
 Lateque victrices catervae,  
 Consiliis juvenis revietae,

|                                                                                                                                               |    |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| Sensere, quid mens rite, quid indoles<br>Nutrita faustis sub penetralibus<br>Posset, quid Augusti paternus<br>In pueros animus Neronēs.       | 25 |
| Fortes creantur fortibus et bonis :<br>Est in iuvenis, est in equis, patrum<br>Virtus ; nec imbellem feroces<br>Progenerant aquilae columbam. | 30 |
| Doctrina sed vim promovet insitam,<br>Rectique cultus pectora roborant :<br>Utcunque defecere mores,<br>Indecorant bene nata culpae.          | 35 |
| Quid debeas, o Roma ! Neronibus,<br>Testis Metaurum flumen, et Hasdrubal<br>Devictus, et pulcher fugatis<br>Ille dies Latio tenebris,         | 40 |
| Qui primus alma risit adorea ;<br>Dirus per urbes Afer ut Italas,<br>Ceu flamma per taedas, vel Euris<br>Per Siculas equitavit undas.         | 45 |
| Post hoc secundis usque laboribus<br>Romana pubes crevit, et impio<br>Vastata Poenorum tumultu<br>Fana deos habuere rectos ;                  | 50 |
| Dixitque tandem perfidus Hannibal :<br>Cervi, luporum praeda rapacium,<br>Sectamur ultro, quos opimus<br>Fallere et effugere est triumphus.   | 55 |
| Gens, quae, cremato fortis ab Ilio,<br>Jactata Tuscis aequoribus sacra,<br>Natosque, maturosque patres,<br>Pertulit Ausonias ad urbes,        | 60 |
| Duris ut illex tonsa bipennibus,<br>Nigrae feracis frondis in Algido,<br>Per damna, per caedes, ab ipso<br>Ducit opes animumque ferro.        | 65 |
| Non Hydra, secto corpore, firmior<br>Vinci dolentem crevit in Herculem,<br>Monstrumve submittere Colchi<br>Majus, Echioniaeve Thebae.         |    |
| Merses profundo, pulchrior evenit :                                                                                                           | 65 |

25

Iactere, multa prouet integrum  
 Cum laude victorem, geretque  
 Proelia conjugibus loquenda.

30

Carthagini jam non ego nuntios  
 Mittam superbos: occidit, occidit  
 Spes omnis, et fortuna nostri  
 Nominis, Hasdrubale interemto.

35

Nil Claudiae non perficient manus,  
 Quas et benigno numine Jupiter  
 Defendit, et curae sagaces  
 Expediunt per acuta belli.

ODE V.—*Ad Augustum.*

40

Diuis orte bonis, optime Romulae  
 Custos gentis, abes jam ninium diu:  
 Maturum reditum pollicitus Patrum  
 Sancto concilio, redi.

45

Lucem redde tuae, Dux bone, patriae:  
 Instar veris, enim, vultus ubi tuus  
 Affulsit populo, gratior it dies,  
 Et soles melius nitent.

50

Ut mater juvenem, quem Notus invido  
 Flatu, Carpathii trans maris aequora  
 Cunctantem spatio longius annuo,  
 Dulci distinet a domo,

55

Votis, ominibusque, et precibus, vocat,  
 Curvo nec faciem littore dimovet:  
 Sic, desideriis icta fidelibus,  
 Quaerit patria Caesarem.

60

Tutus bos etenim rura perambulat:  
 Nutrit rura Ceres, almaque Faustitas:  
 Pacatum volitant per mare navitae:  
 Culpam metuit Fides:

65

Nullis polluitur casta domus stupris:  
 Mos, et lex maculosum edomuit nefas:  
 Laudantur simili prole puerperae:  
 Culpam Poena premit comes.  
 Quis Parthum paveat? quis gelidum Scythen?  
 Quis, Germania quos horrida parturit  
 Fetus, incolumi Caesare? quis fera  
 Bellum curet Iberiae?

Condit quisque diem collibus in suis,  
Et vitem viduas ducit ad arbores : 30

Hinc ad vina redit laetus, et alteris  
Te mensis adhibet deum :

Te multa prece, te prosequitur mero  
Defuso pateris; et Laribus tuum  
Miscet numen, uti Graecia Castoris 35

Et magni, memor, Herculis.  
Longas o utinam, Dux bone, ferias  
Praestes Hesperiae! dicimus integro  
Sicci mane die, dicimus uvidi,  
Cum Sol Oceano subest. 40

ODE VI.—*Ad Apollinem.*

DIVE, quem proles Niobaea magnae  
Vindicem linguae, Tityosque raptor  
Sensit, et, Trojae prope victor altae,  
Phthius Achilles,

Ceteris major, tibi miles impar ; 5  
Filius quamquam Thetidos marinae  
Dardanas turrets quateret tremenda  
Cuspide pugnax.

Ille, mordaci velut icta ferro  
Pinus, aut impulsa cupressus Euro, 10  
Procidit late, posuitque collum in  
Pulvere Teuero.

Ille non, inclusus equo Minervae  
Sacra mentito, male feriatos  
Troas et lactam Priami choreis 15  
Falleret aulam :

Sed palam captis gravis, heu nefas! heu!  
Nescios fari pueros Achivis  
Ureret flammis, etiam latentem  
Matris in alvo ; 20

Ni, tuis victus Venerisque gratae  
Vocibus, divum pater annuisset  
Rebus Aeneae potiore ductos  
Alite muros.

Doctor Argivae, fidicen, Thaliae, 25  
Phoebe, qui Xantho lavis amne crines,  
Dauniae defende decus camenae,  
Levis Agyieiu.

|    |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               |                |
|----|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------|
| 30 | Spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem<br>Carminis, nomenque dedit pœtæ.<br>Virginum primæ, puerique claris<br>Patribus orti,<br>Deliaæ tutela deæ, fugaces<br>Lynceas et cervos cohibentis arcu,<br>Lesbium servate pedem, meique<br>Pollicis ictum ;<br>Rite Latonæ puerum canentes,<br>Rite crescentem face Noctilucam,<br>Prosperam frugum, celeremque pronos<br>Volvere menses.<br>Nupta jam dices : Ego dis amicum,<br>Sæculo festas referente luces,<br>Reddidi carmen, docilis modorum<br>Vatis Horati. | 30<br>35<br>40 |
|----|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------|

ODE VII.—*Ad Torquatum.*

|   |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                           |
|---|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------|
| 5 | DIFFUGERE nives, redeunt jam gramina campis,<br>Arboribusque comæ :<br>Mutat terra vices, et decrescentia ripas<br>Flumina prætereunt :<br>Gratia, cum Nymphis geminisque sororibus, audet<br>Ducere nuda choros.<br>Immortalia ne speres, monet Annus, et alium<br>Quæ rapit Hora diem.<br>Frigora mitescunt Zephyris : Ver proterit Aestas,<br>Interitura simul<br>Pomifer Autumnus fruges effuderit : et mox<br>Bruma recurrit iners.<br>Damna tamen celeres reparant coelestia lunæ :<br>Nos ubi decidimus,<br>Quo pius Aeneas, quo Tullus dives, et Ancus,<br>Pulvis et umbra sumus.<br>Quis scit, an adjiciant hodiernæ crastina summae<br>Tempora dî superi ?<br>Cuncta manus avidas fugient heredis, amico<br>Quæ dederis animo.<br>Cum semel occideris, et de te splendida Minos<br>Fecerit arbitria ; | 5<br>10<br>15<br>20<br>25 |
|---|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------|

Non, Torquate, genus, non te facundia, non te  
 Restituet pietas.  
 Infernis neque enim tenebris Diana pudicum 25  
 Liberat Hippolytum :  
 Nec Lethaea valet Theseus abrumperé caro  
 Vincula Pirithoo.

ODE VIII.—*Ad Censorinum.*

DONAREM pateras grataque commodus,  
 Censorine, meis aera sodalibus ;  
 Donarem tripodas, praemia fortium  
 Graiorum ! neque tu pessima munerum  
 Ferres, divite me scilicet artium, 5  
 Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas ;  
 Hic saxo, liquidis ille coloribus,  
 Sollers nunc hominem ponere, nunc deum.  
 Sed non haec mihi vis ; nec tibi talium  
 Res est, aut animus, deliciarum egens. 10  
 Gaudes carminibus : carmina possumus  
 Donare, et pretium dicere muneri.  
 Non incisa notis marmora publicis,  
 Per quae spiritus et vita redit bonis  
 Post mortem ducibus ; non celeres fugae, 15  
 Rejectaeque retrorsum Hannibalis minae ;  
 Non incendia Carthaginis impiae,  
 Ejus, qui domita nomen ab Africa  
 Lucratus rediit, clarius indicant  
 Laudes, quam Calabriae Pierides ; neque, 20  
 Si chartae sileant, quod bene feceris,  
 Mercedem tuleris. Quid foret Iliæ  
 Mavortisque puer, si taciturnitas  
 Obstaret meritis invida Romuli ?  
 Ereptum Stygiis auctibus Aeacum 25  
 Virtus, et favor, et lingua potentium  
 Vatum divitibus consecrat insulis.  
 Dignum laude virum musa vetat mori ;  
 Coelo musa beat. Sic Jovis interest  
 Optatis epulis impiger Hercules ; 30  
 Clarum Tyndaridae sidus ab infimis  
 Quassas eripiunt aequoribus rates ;  
 Ornatus viridi tempora paupino,  
 Liber vota bonos ducit ad exitus.

ODE IX.—*Ad Lollium.*

|    |                                                                                                                                         |    |
|----|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|
| 25 | NE forte credas interitura, quae,<br>Longe sonantem natus ad Aufidum,<br>Non ante vulgatas per artes<br>Verba loquor socianda chordis ; |    |
|    | Non, si priores Maeonius tenet<br>Sedes Homerus, Pindaricae latent,<br>Caeaque, et Alcaei minaces,<br>Stesichorique graves camenae :    | 5  |
|    | Nec, si quid olim lusit Anacreon,<br>Delevit aetas : spirat adhuc amor,<br>Vivuntque commissi calores<br>Aeoliae fidibus puellae.       | 10 |
| 5  | Non sola comtos arsit adulteri<br>Crines, et aurum vestibus illitum<br>Mirata, regalesque cultus<br>Et comites, Helene Lacaena ;        |    |
| 10 | Primusve Teucer tela Cydonio<br>Direxit arcu : non semel Ilios<br>Vexata : non pugnavit ingens<br>Idomeneus Sthenelusve solus           | 15 |
| 15 | Dicenda musis proelia : non ferox<br>Hector, vel acer Deiphobus graves<br>Excepit ictus pro pudicis<br>Conjugibus puerisque primus.     | 20 |
| 20 | Vixere fortes ante Agamemnona<br>Multi : sed omnes illacrimabiles<br>Urgentur, ignotique, longa<br>Nocte, carent quia vate sacro.       | 25 |
| 25 | Paullum sepultae distat inertiae<br>Celata virtus. Non ego te meis<br>Chartis inornatum silebo,<br>Totve tuos patiar labores            | 30 |
| 30 | Impune, Lolli, carpere lividas<br>Obliviones. Est animus tibi<br>Rerumque prudens, et secundis<br>Temporibus dubiisque rectus ;         | 35 |
|    | Vindex avarae fraudis, et abstinens,<br>Ducentis ad se cuncta, pecuniae ;<br>Consulque non unius anni,<br>Sed quoties bonus atque fidus | 40 |

Judex honestum praetulit utili, et  
 Rejecit alto dona nocentium  
 Vultu, et per obstantes catervas  
 Explicuit sua victor arma. 45  
 Non possidentem multa vocaveris  
 Recte beatum : rectius occupat  
 Nomen beati, qui deorum  
 Muneribus sapienter uti,  
 Duramque callet pauperiem pati,  
 Pejusque leto flagitium timet ; 50  
 Non ille pro caris amicis  
 Aut patria timidus perire.

ODE X.—*Ad Ligurinum.*

O CRUDELIS adhuc, et Veneris muneribus potens !  
 Insuperata tuae cum veniet pluma superbiae,  
 Et, quae nunc humeris involitant, deciderint comae,  
 Nunc, et, qui color est puniceae flore prior rosae,  
 Mutatus Ligurinum in faciem verterit hispidam ; 5  
 Dices, Heu ! quoties te in speculo videris alterum,  
 Quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit ?  
 Vel cur his animis incolumes non redeunt genae ?

ODE XI.—*Ad Phyllidem.*

EST mihi nonum superantis annum  
 Plenus Albani cadus ; est in horto,  
 Phylli, nectendis apium coronis ;  
 Est hederæ vis 5  
 Multa, qua crines religata fulges.  
 Ridet argento domus : ara, castis  
 Vineta verbenis, avet immolato  
 Spargior agno.  
 Cuncta festinat manus : huc et illuc  
 Cursitant mirtæ pueris puellæ : 10  
 Sordidum flammæ trepidant rotantes  
 Vertice fumum.  
 Ut tamen noris, quibus advoceris  
 Gaudiis, Idus tibi sunt agendæ,  
 Qui dies mensem Veneris marinae 15  
 Findit Aprilem ;  
 Jure sollemnis mihi, sanctiorque  
 Paene natali proprio, quod ex hac

Luce Maecenas meus affluentes  
Ordinat annos. 20

45

Telephum, quem tu petis, occupavit,  
Non tuae sortis juvenem, puella  
Dives et lasciva, tenetque grata  
Compede vinctum.

50

Terret ambustus Phaëthon avaras 25  
Spes; et exemplum grave praebet ales

Pegasus, terrenum equitem gravatus  
Bellerophontem,

Semper ut te digna sequare, et, ultra  
Quam licet sperare nefas putando, 30

Disparem vites. Age jam, meorum  
Finis amorum,

Non enim posthac alia calebo  
Femina, condisce modos, amanda

ae,

5

Voce quos reddas : minuentur atrae 35  
Carmine curae.

ODE XII.—*Ad Virgilium.*

JAM veris comites, quae mare temperant,  
Impellunt animae lintea Thraciae :

Jam nec prata rigent, nec fluvii strepunt  
Hiberna nive turgidi :

Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens, 5  
Infelix avis, et Cecropiae domûs

Aeternum opprobrium, quod male barbaras  
Regum est ultra libidines :

Dicunt, in tenero gramine; pinguium  
Custodes ovium carmina fistula ; 10

Delectantque deum, cui pecus et nigri  
Colles Arcadiae placent.

10

Adduxere sitim tempora, Virgili :  
Sed, pressum Calibus ducere Liberum

Si gestis, juvenum nobilium eliens, 15  
Nardo vina merebere.

15

Nardi parvus onyx eliciet cadum,  
Qui nunc Sulpiciis accubat horreis,

Spes donare novas largus, amaraque  
Curarum eluere efficac. 20

Ad quae si properas gaudia, cum tua

Velox merce veni : non ego te meis  
 Immunom meditor tinguere poculis,  
 Plena dives ut in domo.  
 Verum pone moras, et studium lucri ;                   25  
 Nigrorumque memor, dum licet, ignium,  
 Miscce stultitiam consiliis brevem :  
 Dulce est desipere in loco.

ODE XIII.—*Ad Lycen.*

AUDIVERE, Lyce, di mea vota ; di  
 Audivere, Lyce : sis anus, et tamen  
 Vis formosa videri,  
 Ludisque et bibis impudens ;  
 Et cantu tremulo, pota, Cupidinem                   5  
 Lentum sollicitas. Ille virentis, et  
 Doctae psallere, Chiae  
 Pulchris excubat in<sup>g</sup>enis.  
 Importunus enim transvolat aridas  
 Quercus ; et refugit te, quia luridi                   10  
 Dentes, te, quia rugae  
 Turpant et capitis nives.  
 Nec Coae referunt jam tibi purpurae,  
 Nec clari lapides, tempora, quae semel  
 Notis condita fastis                   15  
 Inclusit volucris Dies.  
 Quo fugit Venus ? heu ! quove color ? decens  
 Quo motus ? Quid habes illius, illius,  
 Quae spirabat amores,  
 Quae me surpuerat mihi,                   20  
 Felix post Cinarum, notaque, et artium  
 Gratarum, facies ? Sed Cinarac breves  
 Annos fata dederunt,  
 Servatura diu parem  
 Cornicis vetulae temporibus Lycen ;                   25  
 Possent ut juvenes visere fervidi,  
 Multo non sine risu,  
 Dilapsam in cineres facem.

ODE XIV.—*Ad Augustum.*

QUAE cura Patrum, quaeve Quiritium,  
 Plenis honorum muneribus tuas,  
 Augusto, virtutes in aevum

Per titulos, memoresque fastos,  
 Aeternet? O, qua sol habitabiles 5  
 Illustrat oras, maxime principum!  
 Quem, legis expertes Latinae,  
 Vindelici didicere nuper,  
 Quid Marte posses. Milite nam tuo  
 Drusus Genaunos, implacidum genus, 10  
 Breunosque veloces, et arces  
 Alpibus impositas tremendis,  
 Dejecit acer plus vice simplici.  
 Major Neronum mox grave proelium  
 Commisit, immanesque Rhaetos 15  
 Auspiciis pepulit secundis;  
 Spectandus in certamine Martio,  
 Devota morti pectora libera  
 Quantis fatigaret ruinis;  
 Indomitas prope qualis undas 20  
 Exerces Auster, Pleiadum choro  
 Scindente nubes; impiger hostium  
 Vexare turmas, et frementem  
 Mittere equum medios per ignes.  
 Sic tauriformis volvitur Aufidus, 25  
 Qui regna Dauni praefluit Appuli,  
 Cum saevit, horrendamque cultis  
 Diluvium meditatur agris:  
 Ut barbarorum Claudius agmina  
 Ferrata vasto diruit impetu; 30  
 Primosque et extremos metendo  
 Stravit humum, sine clade victor;  
 Te copias, te consilium et tuos  
 Praebente divos. Nam tibi, quo die  
 Portus Alexandria supplex 35  
 Et vacuum patefecit aulam,  
 Fortuna lustris prospera tertio  
 Belli secundos reddidit exitus,  
 Laudemque et optatum peractis  
 Imperiis decus arrogavit. 40  
 Te Cantaber, non ante domabilis,  
 Medusque, et Indus; te profugus Scythes  
 Miratur, o tutela praesens  
 Italiae, dominaeque Romae!  
 Te, fontium qui celat origines, 45

Nilusque, et Ister; te rapidus Tigris;  
 Te belluosus qui remotis  
 Obstrepit Oceanus Britannis;  
 Te non paventis funera Galliae  
 Duraeque tellus audit Iberiae: 50  
 Te caede gaudentes Sygambri  
 Compositis venerantur armis.

ODE XV.—*Augusti Laudes.*

PHOEBUS volentem proelia me loqui,  
 Victas et urbes, increpuit lyra,  
 Ne parva Tyrrhenum per aequor  
 Vela darem. Tua, Caesar, aetas 5  
 Fruges et agris retulit uberes,  
 Et signa nostro restituit Jovi,  
 Derepta Parthorum superbis  
 Postibus, et vacuum duellis  
 Janum Quirinum clusit, et ordinem  
 Rectum evaganti frena Licentiae 10  
 Injecit, emovitque culpas,  
 Et veteres revocavit artes:  
 Per quas Latinum nomen et Italiae  
 Crevere vires, famaue, et imperi  
 Porrecta majestas ad ortum 15  
 Solis ab Hesperio cubili.  
 Custode rerum Caesare, non furor  
 Civilis aut vis exiget otium;  
 Non ira, quae procudit enses,  
 Et miseris inimicat urbes. 20  
 Non, qui profundum Danubium bibunt,  
 Edicta rumpent Julia: non Getae,  
 Non Seres, infidive Persae,  
 Non Tanain prope flumen orti.  
 Nosque et profestis lucibus et sacris, 25  
 Inter jocosum munera Liberi,  
 Cum prole matronisque nostris,  
 Rite deos prius apprecati,  
 Virtute functos, more patrum, duces,  
 Lydis remixto carmine tibiis, 30  
 Trojamque, et Anchisen, et almae  
 Progeniem Veneris, canemus.

PUBLII OVIDII NASONIS

50

F A S T I.

5

---

LIBRI I—III.

10

15

---

FROM THE TEXT OF J. P. KREBS,

CAREFULLY REVISED.

20

25

---

MONTREAL:

ARMOUR & RAMSAY.

30

---

1849.

A  
J  
b  
c  
d  
e  
f  
g

A  
n  
b  
c  
d  
e  
f  
g

A  
n  
b  
c  
d  
e  
f  
g

A  
b  
c  
d  
e  
f

g

A  
b  
c

PUBLII OVIDII NASONIS

FASTI.

KALENDARIVM.

JANUARIUS.

- A Kal. Januarii, Jani festum,  
Junonis, Jovis, et Æsculapii.  
b IV. No. No.  
c III. No. Cancer occidit  
cosmice.  
d II. No. No.  
e Nonis. Lyra oritur.  
f VIII. Id. Id.  
g VII. Id. Id.

- A VI. Id. Festa Jani. Ago-  
nalia, Delphin oritur.  
b V. Id. Medietas hiemis.  
c IV. Id. Id.  
d III. Id. Festa Carmentis  
et Juturnæ.  
c II. Id. Id.  
f Idibus. Festum Jovis. Red-  
ditæ sunt provinciæ populo Ro-  
mano.  
g XIX. Kal. Feb. Cæsar Au-  
gustus vocatur.

- A XVIII. Kal. Sacrificium Car-  
mentis. Festum Porrimæ et  
Postvertæ.  
b XVII. Kal. Festum Concor-  
diæ.  
c XVI. Kal. Kal.  
d XV. Kal. Sol in Aquario.  
e XIV. Kal. Kal.  
f XIII. Kal. Kal.  
g XII. Kal. Kal.

- A XI. Kal. Kal.  
b X. Kal. Kal.  
c IX. Kal. Lyra occidit.  
d VIII. Kal. Pectus Leonis oc-  
cultur.  
c VII. Kal. Kal.  
f VI. Kal. Festum Castoris  
[et Pollucis.]  
g V. Kal. Kal.

- A IV. Kal. Kal.  
b III. Kal. Festum Pacis.  
c II. Kal. Kal.

FEBRUARIUS.

- d Kal. Feb. Templum factum  
est Carmenti. Celebratur Asy-  
lum.  
e IV. No. Lyra penitus oc-  
cidit.  
f III. No. Occidit Delphin.  
g II. No. No.

- A Nonis. Augustus dictus est  
pater patriæ. Aquarius vadit  
ad occasum.  
b VIII. Id. Id.  
c VII. Id. [Primus dies Fera-  
lium.]  
d VI. Id. Id.  
e V. Id. Ver incipit.  
f IV. Id. Initium Veris.  
g III. Id. Bootes oritur: et  
est festum Fauni.

- A II. Id. Id.  
b Idibus. Festum Jovis et Fauni.  
Nefastus dies Fabiorum.  
c XVI. Kal. Martii, Anguis,  
Corvus, Crater oriuntur.  
d XV. Kal. Sol intrat in Pis-  
ces. Iterum Fauni.  
e XIV. Kal. Kal.  
f XIII. Kal. Festum Quirini.  
Festum stultorum et Fornacis.  
g XII. Kal. Feralia.

- A XI. Kal. Caristia virorum.  
b X. Kal. Terminali.  
c IX. Kal. Kal.  
d VIII. Kal. Fuga Tarquinii  
Superbi. Veris initium.  
e VII. Kal. Kal.  
f VI. Kal. Kal.  
g V. Kal. Kal.

- A IV. Kal. Kal.  
b III. Kal. Equiria in campo  
Martio.  
c II. Kal. Kal.

## MARTIVS.

d Kal. Martii. Festum Martis et Junonis. Ancilia feruntur. Non est bonum nubere.

c VI. No.

f V. No. Alter Piscium conditur. Oritur Vindemitor.

g IV. No. Bootes citius, Vindemitor tardius occidunt comice.

A III. No. Festum Vestæ. Cathedra Julii.

b II. No. Festum Vejovis. Pegasus oritur heliace.

c Nonis.

d VIII. Idibus. Corona Ariadnes oritur.

e VII. Id.

f VI. Id.

g V. Id.

A IV. Id.

b III. Id.

c II. Id. Altera Equiria sunt juxta Tiberim.

d Idibus. Festum Annæ Perennæ, Julius Cæsar occisus in Capitolio.

e XVII. Kal. Aprilis. Scorpius oritur.

f XVI. Kal. Milvius oritur. Festum Bacchi. Vitis anicula hederis coronata vendit populo libatum. Melle Libero patri sacrificamus. Libera toga datur. Milvius oritur chronice. Festum est Ledæorum, qui fuerunt Argivi, vel Larium.

g XV. Kal.

A XIV. Kal. Quinquatria Palladis captæ.

b XIII. Kal.

c XII. Kal.

d XI. Kal. Sol in Arietem.

e X. Kal. Ultimus dies Quinquatruum.

f IX. Kal.

g VIII. Kal. Æquinoctium vernale.

A VII. Kal.

b VI. Kal.

c V. Kal. Festum Jani, Concordiæ, Pacis, et Salutis.

d IV. Kal.

e III. Kal.

f II. Kal. Festa Lunæ latentis: templum in Aventino monte.

vius oritur,  
Vilia anicula  
endit populo  
libero patri  
a toga datur.  
nonice, Fea-  
qui fuerunt

quatria Pal-

Arietem.  
s dies Quin-

octium ver-

n Jani, Con-  
lutia.

Lunæ Ia-  
n Aventino

## LIBER PRIMUS.

TEMPORA cum causis Latium digesta per annum,  
Lapsaque sub terras, orta que signa canam.  
Excipe pacato, Cæsar Germanice, vultu  
Hoc opus, et timidæ dirige navis iter :  
Officioque, levem non aversatus honorem, 5  
Huic tibi devoto numine dexter ades.  
Sacra recognosces Annalibus eruta prisca,  
Et quo sit merito quæque notata dies.  
Invenies illic et festa domestica vobis :  
Sæpe tibi pater est, sæpe legendus avus. 10  
Quæque ferunt illi pietos signantia fastos,  
Tu quoque eum Druso præmia fratre feres.  
Cæsar's arma canant alii ; nos Cæsar's aras,  
Et quosunque sacris addidit ille dies.  
Annue couanti per laudes ire tuorum 15  
Deque meo pavidos exeute corde metus.  
Da mihi te placidum : dederis in carmina vires.  
Ingenium vultu statque caditque tuo.  
Pagina iudicium docti subitura movetur  
Principis, ut Clario missa legenda deo. 20  
Quæ sit enim culti facundia sensimus oris,  
Civica pro trepidis cum tulit arma reis.  
Scimus et, ad nostras cum se tulit impetus artes,  
Ingenii currant flumina quanta tui.  
Si licet, et fas est, vates rege vatis habenas, 25  
Auspice te felix totus ut annus eat.  
Tempora digereret cum conditor urbis, in anno  
Constituit menses quinque bis esse suo.  
Scilicet arma magis, quam sidera, Romule, noras :  
Curaque finitimos vincere major erat. 30  
Est tamen et ratio, Cæsar, quæ moverit illum :  
Erroremque suum quo tueatur habet.  
Quod satis est, utero matris dum prodeat infans,  
Hoc anno statuit temporis esse satis.

- Per totidem menses a funere conjugis uxor 35  
 Sustinet in vidua tristia signa domo.  
 Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini,  
 Cum rudibus populis annua jura daret.  
 Martis erat primus mensis, Venerisque secundus : 40  
 Hæc generis princeps, ipsius ille pater.  
 Tertius a Senibus, Juvenum de nomine quartus :  
 Quæ sequitur, numero turba notata fuit.  
 At Numa nec Janum, nec avitas præterit umbras :  
 Mensibus antiquis addidit ille duos.
- NE tamen ignores variorum jura dierum ; 45  
 Non habet officii Lucifer omnis idem.  
 Ille Nefastus erit, per quem tria verba silentur ;  
 Fastus erit, per quem lege licebit agi.  
 Neu toto perstare die sua jura putaris ;  
 Qui jam Fastus erit, mane Nefastus erat. 50  
 Nam simul exta deo data sunt, licet omnia fari,  
 Verbaque honoratus libera prætor habet.  
 Est quoque, quo populum jus est includere septis ;  
 Est quoque, qui nono semper ab orbe redit.  
 Vindicat Ausonias Junonis cura Kalendas : 55  
 Idibus alba Jovi grandior agna cadit.  
 Nonarum tutela deo caret. Omnibus istis,  
 Ne fallare cave, proximus Ater erit.  
 Omen ab eventu est : illis nam Roma diebus  
 Damna sub adverso tristia Marte tulit. 60  
 Hæc mihi dicta semel, totis hærentia fastis,  
 Ne seriem rerum scindere cogar, erunt.  
 Ecce tibi faustum, Germanice, nuntiat annum,  
 Inque meo primus carmine Janus adest.  
 Jane biceps, anni tacite labentis origo, 65  
 Solus de superis qui tua terga vides ;  
 Dexter ades ducibus, quorum secunda labore  
 Otia terra ferax, otia pontus agit.  
 Dexter ades patribusque tuis, populoque Quirini,  
 Et resera nutu condita templa tuo. 70  
 Prospera lux oritur : linguisque animisque favete.  
 Nunc dicenda bono sunt bona verba die.  
 Lite vacent aures, insanaque protinus absint  
 Jurgia : differ opus, livida lingua, tuum.

|    |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                             |     |
|----|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----|
| 35 | Cernis, odoratis ut luceat ignibus æther,<br>Et sonet accensis spica Cilissa focus ?<br>Flamma nitore suo templorum verberat aurum,<br>Et tremulum summa spargit in æde jubar.                                                                                                                                                                                                                                                                                              | 75  |
| 40 | Vestibus intactis Tarpeias itur in arces :<br>Et populus festo concolor ipse suo est.<br>Jamque novi præeunt fascos : nova purpura fulget :<br>Et nova conspicuum pondera sentit ebur.                                                                                                                                                                                                                                                                                      | 80  |
| 45 | Colla rudes operum præbent ferienda juvenci,<br>Quos aluit campis herba Falisca suis.<br>Jupiter, arce sua totum cum spectet in orbem,<br>Nil nisi Romanum, quod tueatur, habet.                                                                                                                                                                                                                                                                                            | 85  |
| 50 | Salve, læta dies, meliorque revertere semper,<br>A populo rerum digna potente coli.<br>Quem tamen esse deum te dicam, Jane biformis ?<br>Nam tibi par nullum Græcia numen habet.                                                                                                                                                                                                                                                                                            | 90  |
| 55 | Ede simul causam, cur de cœlestibus unus<br>Sitque quod a tergo, sitque quod ante, vides.<br>Hæc ego cum sumtis agitare mente tabellis,<br>Lucidior visa est, quam fuit ante, domus.                                                                                                                                                                                                                                                                                        | 95  |
| 60 | Tum sacer, ancipiti mirandus imagine, Janus<br>Bina repens oculis obtulit ora meis.<br>Obstupui, sensique metu riguisse capillos,<br>Et gelidum subito frigore pectus erat.<br>Ille tenens dextra baculum, clavemque sinistra,<br>Edidit hos nobis ore priore sonos :                                                                                                                                                                                                       | 100 |
| 65 | Disce, metu posito, vates operose dierum,<br>Quod petis, et voces percipe mente meas.<br>2. Chaos antiqui (nam res sum prisca) vocabant :<br>Adspice, quam longi temporis acta canam.<br>Lucidus hic aer, et, quæ tria corpora restant,<br>105<br>Ignis, aquæ, tellus, unus acervus erant.<br>Ut semel hæc rerum secessit lite suarum,<br>Inque novas abiit massa soluta domos ;<br>Flamma petit altum ; propior locus aera cepit ;<br>Sederunt medio terra fretumque solo. | 110 |
| 70 | Tunc ego, qui fueram globus, et sine imagine moles,<br>In faciem redii dignaque membra deo.<br>Nunc quoque, confusæ quondam nota parva figura,<br>Ante quod est in me, postque videtur idem.                                                                                                                                                                                                                                                                                |     |
|    | Accipe, quæsita quæ causa sit altera formæ :                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                | 115 |

Hanc simul ut noris, officiumque meum.  
 Quicquid ubique vides, cælum, mare, nubila, terras,  
 Omnia sunt nostra clausa patentque manu.  
 Me penes est unum vasti custodia mundi :  
 Et jus vertendi cardinis omne meum est. 120  
 Cum libuit pacem placidis emittere tectis,  
 Libera perpetuas ambulat illa vias.  
 Sanguine lethifero totus miscabitur orbis,  
 Ni teneant rigidæ condita bella seræ.  
 Præsideo foribus cæli cum mitibus Horis : 125  
 It, redit officio Jupiter ipse meo.  
 Inde vocor Janus. Cui cum Cereale sacerdos  
 Imponit libum, mixtaque farra sale ;  
 Nomina ridebis : modo namque Patulcius idem,  
 Et modo sacrificio Clusius ore vocor. 130  
 Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas  
 Nomine diversas significare vias.  
 Vis mea narrata est : causam nunc discite figuræ.  
 Jam tamen hanc aliqua tu quoque parte vides.  
 Omnis habet geminas, hinc atque hinc, janua frontes : 135  
 E quibus hæc populum spectat, at illa Larem.  
 Utque sedens vester primi prope limina tecti  
 Janitor egressus introitusque videt :  
 Sic ego prospicio cælestis janitor aulæ  
 Eoas partes Hesperiasque simul. 140  
 Ora vides Heccates in tres vergentia partes,  
 Servet ut in ternas compita secta vias.  
 Et mihi, ne flexu cervicis tempora perdam,  
 Cernere non moto corpore bina licet.  
 Dixerat ; et vultu, si plura requirere vellem, 145  
 Se mihi difficilem non fore, fassus erat.  
 Sumsi animum, gratesque deo non territus egi ;  
 Verbaque sum, spectans, pauca locutus, humum.  
 Dic age, frigoribus quare novus incipit annus,  
 Qui melius per ver incipiendus erat ? 150  
 Omnia tunc florent : tunc est nova temporis ætas :  
 Et nova de gravido palmite gemma tumet :  
 Et modo formatis amicitur frondibus arbor :  
 Prodit et in summum seminis herba solum :  
 Et tepidum volucres concentibus æra muleant : 155  
 Ludit et in pratis luxuriatque pecus.

Tum blandi soles : ignotaque prodit hirundo,  
 Et luteum celsa sub trabe fingit opus :  
 Tum patitur cultus ager, et renovatur aratro :  
 Hæc anni novitas jure vocanda fuit. 160  
 Quæsieram multis : non multis ille moratus,  
 Contulit in versus sic sua verba duos.  
 Bruma novi prima est, veterisque novissima solis :  
 Principium capiunt Phœbus et annus idem.  
 Post ea mirabar, cur non sine litibus esset 165  
 Prima dies. Causam percipe, Janus ait.  
 Tempora commisi nascentia rebus agendis,  
 Totus ab auspicio ne foret annus iners.  
 Quisque suas artes ob idem delibat agendo : 170  
 Nec plus quam solitum testificatur opus.  
 Mox ego : Cur, quamvis aliorum numina placem,  
 Jane, tibi primo thura merumque fero ?  
 Ut per me possis aditum, qui limina servo,  
 Ad quoscunque voles, inquit, habere deos.  
 At cur læta tuis dicuntur verba Kalendis, 175  
 Et damus alternas accipimusque preces ?  
 Tum deus incumbens baculo, quem dextra gerebat,  
 Omnia principiis, inquit, inesse solent.  
 Ad primam vocem timidas advertitis aures,  
 Et primum visam consulit augur avem. 180  
 Templa patent auresque deum, nec lingua caducas  
 Concipit ulla preces, dictaque pondus habent.  
 Desierat Janus : nec longa silentia feci,  
 Sed tetigi verbis ultima verba meis :  
 Quid vult palma sibi rugosaque carica, dixi, 185  
 Et data sub niveo condita mella cado ?  
 Omen, ait, causa est, ut res sapor ille sequatur,  
 Et peragat cœptum dulcis ut annus iter.  
 Dulcia cur dentur, video ; stipis adjice causam,  
 Pars mihi de festo ne labet ulla tuo. 190  
 Risit ; et, O quam te fallunt tua sæcula, dixit,  
 Qui stipe mel sumta dulcius esse putes !  
 Vix ego Saturno quenquam regnante videbam,  
 Cujus non animo dulcia lucra forent.  
 Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi : 195  
 Vix ultra, quo jam progrediatur, habet.  
 Pluris opes nunc sunt, quam prisce temporis annis,

- Dum populus pauper, dum nova Roma fuit ;  
 Dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum,  
 Et dabat exiguum fluminis ulva torum. 200  
 Jupiter angusta vix totus stabat in æde :  
 Inque Jovis dextra fictile fulmen erat.  
 Frondibus ornabant, quæ nunc Capitolia gemmis :  
 Pæcebatque suas ipse senator oves.  
 Nec pudor in stipula placidam cepisse quietem, 205  
 Nec fœnum capiti supposuisse fuit.  
 Jura dabat populis posito modo consul aratro :  
 Et levis argenti lamina erimen erat.  
 At postquam fortuna loci caput extulit hujus,  
 Et tetigit summos vertice Roma deos ; 210  
 Creverunt et opes, et opum furiosa cupido :  
 Et, cum possideant plurima, plura velunt.  
 Quarere, ut absument, absumenta requirere certant :  
 Atque ipsæ vitiiis sunt alimenta vices.  
 Sic, quibus intumuit suffusa venter ab unda, 215  
 Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.  
 In pretio pretium nunc est : dat census honores,  
 Censu amicitias : pauper ubique jacet.  
 Tu tamen, auspiciu si sit stipis utile, quæris, 220  
 Curque juvent nostras æra vetusta manus.  
 Æra dabant olim ; melius nunc omen in auro est,  
 Victaque concedit prisca moneta novæ.  
 Nos quoque templa juvant, quamvis antiqua probemus,  
 Aurea ; majestas convenit ista deo.  
 Laudamus veteres, sed nostris utimur annis ; 225  
 Mos tamen est æque dignus uterque coli.  
 Finierat monitus. Placidis ita rursus ut ante,  
 Clavigerum verbis alloquor ipse deum :  
 Multa quidem didici ; sed cur navalis in ære 230  
 Altera signata est, altera forma biceps ?  
 Noscere me duplici posses in imagine, dixit,  
 Ni vetus ipsa dies extenuaret opus.  
 Causa ratis superest : Tuscum rate venit in annem  
 Ante pererrato faleifer orbe deus.  
 Hac ego Saturnum memini tellure receptum ; 235  
 Cælitibus regnis ab Jove pulsus erat.  
 Inde diu genti mansit Saturnia nomen :  
 Dicta quoque est Latium terra, latente deo.

- ;  
 um,  
 200  
 mis :  
 ,  
 205  
 210  
 cant :  
 215  
 es,  
 220  
 est,  
 probemus,  
 225  
 230  
 nnem  
 235
- At bona posteritas puppim servavit in ære,  
 Hospitis adventum testificat dei. 240  
 Ipse solum colui, cujus placidissima lævum  
 Radit arenosi Tibridis unda latus.  
 Hic, ubi nunc Roma est, incædua sylva virebat :  
 Tantaque res paucis pascua hubus erat.  
 Arx mea collis erat, quem cultrix nomine nostro 245  
 Nuncupat hæc ætas, Janiculumque vocat.  
 Tunc ego regnabam, patiens cum terra deorum  
 Esset, et humanis numina mista locis.  
 Nondum justitiam facinus mortale fugarat :  
 Ultima de superis illa reliquit humum. 250  
 Proque metu populum sine vi pudor ipse regebat ;  
 Nullus erat, justis reddere jura, labor.  
 Nil mihi cum bello : pacem postesque tuebar :  
 Et clavem ostendens, Hæc, ait, arma gero.  
 Presserat ora deus. Tunc sic nostra ora resolvo, 255  
 Voce mea voces eliciente dei :  
 Cum tot sint Jani, cur stas saceratus in uno,  
 Hic ubi juncta foris templa duobus habes ?  
 Ille manu mulceus propexam ad pectora barbam,  
 Protinus Cæbali retulit arma Titi ; 260  
 Utque levis custos, armillis capta Sabinis,  
 Ad summæ Tatium duxerit arcis iter.  
 Inde, velut nunc est, per quem descenditis, inquit,  
 Arduus in valles Fora clivus erat.  
 Et jam configerat portam, Saturnia cujus 265  
 Demserat appositas insidiosa seras.  
 Cum tanto veritus committere numine pugnam,  
 Ipse meæ movi callidus artis opus ;  
 Oraque, qua pollens ope sum, fontana reclusi ;  
 Sumque repentinæ ejaculatus aquas. 270  
 Ante tamen gelidis subjeci sulphura venis,  
 Clauderet ut Tatio fervidus humor iter.  
 Cujus ut utilitas pulsus percepta Sabinis ;  
 Quæque fuit, tuto reddita forma loco est ;  
 Ara mihi posita est, parvo conjuncta sacello 275  
 Hæc adolet flammis cum strue farra suis.  
 At cur pace lates, motisque recluderis armis ?  
 Nec mora ; quæsiti reddita causa mihi.  
 Ut populo reditus pateant ad bella profecto,

- Tota patet demta janua nostra sera. 280  
 Pace fores obdo, ne qua discedere possit :  
 Cæsareoque diu nomine clausus ero.
- Dixit ; et, attollens oculos diversa tuentes,  
 Adspexit toto quicquid in orbe fuit ;  
 Pax erat : et vestri, Germanice, causa triumphi 285  
 Tradiderat famulas jam tibi Rhenus aquas.  
 Jane, face æternos, pacem, pacisque ministros :  
 Neve suum, præsta, deserat auctor opus.
- Quod tamen ex ipsis licuit mihi discere fastis ;  
 Sacraverè patres hac duo templa die. 290  
 Accepit Phæbo Nymphaque Coronide natum  
 Insula, dividua quam premit amnis aqua.  
 Jupiter in parte est. Cepit locus unus utrumque,  
 Junctaque sunt magno templa nepotis avo.
- Quid vetat et stellas ut quæque oriturque caditque, 295  
 Dicere ? promissi pars sit et ista mei.
- Felices animos, quibus hæc cognoscere primis,  
 Inque domos superas scandere cura fuit !  
 Credibile est illos pariter vitiisque locisque  
 Altius humanis exseruisse caput. 300  
 Non Venus et vinum sublimia pectora fregit,  
 Officiumve fori, militiæve labor ;  
 Nec levis ambitio, perfusaque gloria furo,  
 Magnarumve fames sollicitavit opum.
- Admovere oculis distantia sidera terris, 305  
 Ætheraque ingenio supposuere suo.
- Sic petitur cælum : non ut ferat Ossam Olympus,  
 Summaque Peliacus sidera tangat apex.
- Nos quoque sub ducibus cælum metabimur illis,  
 Ponemusque suos ad stata signa dies. 310
- Ergo ubi nox aderit venturis tertia Nonis,  
 Sparsaque cælesti rore madebit humus ;  
 Octipedis frustra quæeruntur brachia Cancri :  
 Præceps occiduas ille subivit aquas.
- Institerint Nonæ ; missi tibi nubibus atris 315  
 Signa dabunt imbres, exoriente Lyra.
- Quatuor adde dies ductis ex ordine Nonis ;  
 Janus Agonali luce piandus erit.

- 280 Nominis esse potes succinctus causa minister,  
Hostia cœlitibus quo feriente cadit : 320
- Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,  
Semper, agatne ? rogat ; nec nisi jussus agit.
- hi 285 Pars, quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu  
Nomen Agonalem credit habere diem.
- :  
; Pars, quia non veniant pecudes, sed agantur, ab actu  
Nomen Agonalem credit habere diem.
- 290 Pars putat hoc festum priscis Agnalia dictum : 325  
Una sit ut proprio littera demta loco.
- que, An, quia prævisos in aqua timet hostia cultros,  
A pecoris lux est ista notata metu ?
- tque, 295 Pars etiam, fieri solitis ætate priorum  
Nomina de ludis Graja tulisse diem. 330
- Et pecus antiquus dicebat Agonia sermo :  
Veraque iudicio est ultima causa meo.
- 300 Utque ea nunc certa est, ita rex placare sacrorum  
Numina lanigeræ conjuge debet ovis.
- 305 Victima, quæ dextra cecidit victrice, vocatur ; 335  
Hostibus amotis hostia nomen habet.
- Ante, deos homini quod conciliare valeret,  
Far erat, et puri lucida mica salis.
- Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas  
Acta per æquoreas hospita navis aquas. 340
- Thura nec Euphrates, nec miserat India costum,  
Nec fuerant rubri cognita fila croci.
- ous, Ara dabat fumos herbis contenta Sabinis,  
Et non exiguo laurus adusta sono.
- 310 Si quis erat, factis prati de flore coronis 345  
Qui posset violas addere, dives erat.
- Hic, qui nunc aperit percussi viscera tauri,  
In sacris nullum culter habebat opus.
- Prima Ceres avidæ gavisa est sanguine porcæ,  
Ulta suas merita cæde nocentis opes, 350
- Nam sata vere novo teneris lactentia succis  
Eruta setigeræ comperit ore suis.
- 315 Sus dederat pœnas. Exemplo territus hujus  
Palmito debueras abstinuisse, caper.
- Quem spectans aliquis dentes in vitæ præmentem, 355  
Talia non tacito dicta dolore dedit :
- Rode, caper, vitem : tamen hinc, cum stabis ad aram,

- In tua quod spargi cornua possit, erit.  
 Verba fides sequitur : noxæ tibi deditus hostis  
 Spargitur affuso cornua, Bacche, mero. 360  
 Culpa sui nocuit : nocuit quoque culpa capellæ.  
 Quid bos, quid placidæ commeruistis oves ?  
 Flebat Aristæus, quod apes cum stirpe necatas  
 Viderat inceptos destituisse favos.  
 Cærula quem genitrix ægre solata dolentem, 365  
 Addidit hæc dictis ultima verba suis :  
 Siste, puer, lacrymas : Proteus tua damna levabit ;  
 Quoque modo repares, quæ pericere, dabit.  
 Decipiat ne te versis tamen ille figuris,  
 Impediant geminas vincula firma manus. 370  
 Pervenit ad vatem juvenis, resolutaque somno  
 Alligat æquorei brachia capta senis.  
 Ille sua faciem transformis adulterat arte :  
 Mox domitus vinclis in sua membra redit.  
 Oraque cærulea tollens rorantia barba, 375  
 Qua, dixit, repares arte, requiris, apes ?  
 Obrue mactati corpus tellure juveni :  
 Quod petis a nobis, obrutus ille dabit.  
 Jussa facit pastor. Fervent examina putri  
 De bove : mille animas una necata dedit. 380  
 Poscit ovem fatum. Verbenas improba carpsit,  
 Quas pia dis ruris ferre solebat anus.  
 Quid tuti superest, animam cum ponat in aris  
 Lanigerumque pecus, ruricolæque boves ?  
 Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum, 385  
 Ne detur celeri victima tarda deo.  
 Quod semel est triplici pro virgine cæsa Dianæ,  
 Nunc quoque pro nulla virgine cerva cadit.  
 Exta canum vidi Triviæ libare Sapæos,  
 Et quicumque tuas accolit, Hæme, nives. 390  
 Cæditur et rigido custodi ruris asellus.  
 Causa pudenda quidem est, huic tamen apta deo.  
 Festa corymbiferi celebrabas, Græcia, Bacchi,  
 Tertia quæ solito tempore bruma refert.  
 Di quoque cultores gelidi venere Lycæi, 395  
 Et quicumque joci non alienus erat :  
 Panes, et in Venerem Satyrorum prona juvenus :  
 Quæque colunt amnes solaque rura deæ.

Venerat et senior pando Silenus asello,  
 Quique rubro pavidas inguine terret aves. 400  
 360 Dulcia qui dignum nemus in convivia nacti  
 Gramine vestitis accubuere toris.  
 Vina dabat Liber : tulerat sibi quisque coronam.  
 Miscendas parce rivus agebat aquas.  
 365 Naides effusis aliæ sine pectinis usu, 405  
 Pars aderant positis arte manumque comis.  
 Illa super suras tunicam collecta ministrat ;  
 Altera dissuto pectus aperta sinu.  
 Exserit hæc humerum ; vestem trahit illa per herbas,  
 Impediunt teneros vincula nulla pedes. 410  
 370 Hinc aliæ Satyris incendia mitia præbent ;  
 Pars tibi, qui pinu tempora nexa geris.  
 Te quoque, inextinctæ Silene libidinis, urunt.  
 Nequitia est, quæ te non sinit esse senem.  
 375 At ruber, hortorum decus et tutela, Priapus 415  
 Omnibus ex illis Lotide captus erat.  
 Hanc cupit, hanc optat : sola suspirat in illa ;  
 Signaque dat nutu, sollicitatque notis.  
 Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.  
 380 Irrisum vultu despicit illa suo. 420  
 Nox erat : et, vino somnum faciente, jacebant  
 Corpora diversis victa sopore locis.  
 Lotis in herbosa, sub acernis ultima ramis,  
 Sicut erat lusu fessa quievit humo.  
 385 Surgit amans ; animamque tenens, vestigia furtim 425  
 Suspensio digitis fert taciturna gradu.  
 Ut tetigit niveæ secreta cubilia Nymphæ ;  
 Ipsa sui flatus ne sonet aura, cavet.  
 Et jam finitima corpus librabat in herba :  
 390 Illa tamen multi plena soporis erat. 430  
 Gaudet ; et a pedibus tracto velamine, vota  
 Ad sua felici cæperat ire via.  
 Ecce rudens rauco Sileni vector asellus  
 Intempestivos edidit ore sonos.  
 395 Territa consurgens Nymphæ manibusque Priapum 435  
 Rejicit, et fugiens concitat omne nemus.  
 At deus, obscæna nimium quoque parte paratus,  
 Omnibus ad lunæ lumina risus erat.  
 Morte dedit pœnas auctor clamoris : et hinc est

- Hellespontiaco victima grata deo. 440  
 Intactæ fueratis aves, solatia ruris,  
 Assuetum sylvis, innocuumque genus ;  
 Quæ facitis nidos, quæ plumis ova fovetis,  
 Et facili dulces editis ore modos.  
 Sed nihil ista juvant ; quia linguæ crimen habetis, 445  
 Dique putant mentes vos aperire suas.  
 Nec tamen id falsum. Nam, dis ut proxima quæque,  
 Nunc penna veras, nunc datis ore notas.  
 Tuta diu volucrum proles, tum denique cæsa est :  
 Juveruntque deos indicis exta sui. 450  
 Ergo sæpe suo conjux abducta marito  
 Uritur in calidis alba columba focis.  
 Nec defensa juvant Capitolia, quo minus anser  
 Det jecur in lances, Inachi lauta, tuas.  
 Nocte deæ Nocti cristatus cæditur ales, 455  
 Quod tepidum vigili provocat ore diem.  
 Interea Delphin clarum super æquora sidus  
 Tollitur, et patriis exserit ora vadis.  
 Postera lux hiemem medio discrimine signat :  
 Æquaque præteritæ, quæ superabit, erit. 460
- Proxima prospiciet Tithono Aurora relicto  
 Arcadiæ sacrum pontificale deæ.  
 Te quoque lux eadem, Turni soror, æde recepit,  
 Hic ubi Virginea Campus obitur æqua.  
 Unde petam causas horum moremque sacrorum ? 465  
 Dirigat in medio quis mea vela freto ?  
 Ipsa mone, quæ nomen habes a carmine ductum,  
 Propositoque fave, ne tuus erret honos.  
 Orta prior Luna, de se si creditur ipsi,  
 A magno tellus Arcade nomen habet. 470  
 Hic fuit Evander, qui, quanquam clarus utroque,  
 Nobilior sacræ sanguine matris erat ;  
 Quæ, simul ætherios animo conceperat ignes,  
 Ore dabat vero carmina plena dei.  
 Dixerat hæc nato motus instare sibi que, 475  
 Multaque præterea, tempore nacta fidem.  
 Nam juvenis, vera nimium cum matre fugatus,  
 Deserit Arcadium Parrhasiumque larem.  
 Cui genitrix flenti, Fortuna viriliter, inquit,

- 440 (Siste, puer, lacrymas,) ista ferenda tibi est. 480  
 Sic erat in fatis : nec te tua culpa fugavit,  
 Sed deus : offenso pulsus es urbe deo.  
 Non meriti pœnam pateris, sed numinis iram.  
 Est aliquid magnis crimen abesse malis.
- uetis, 445 Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra 485  
 Pectora pro facto spemque metumque suo.  
 Nec tamen ut primus mære mala talia passus :  
 Obruit ingentes ista procella viros.
- uæque,  
 st : Passus idem, Tyriis qui quondam pulsus ab oris 490  
 Cadmus in Aonia constitit exsul humo.  
 450 Passus idem Tydeus, et idem Pagasæus Iason :  
 Et quos præterea longa referre mora est.  
 Omne solum forti patria est ; ut piscibus æquor :  
 Ut volucris, vacuo quicquid in orbe patet.
- 455 Nec fera tempestas toto tamen horret in anno : 495  
 Et tibi, crede mihi, tempora veris erunt.  
 Vocibus Evander firmata mente parentis  
 Nave secat fluctus, Hesperiamque tenet.
- 460 Jamque ratem doctæ monitu Carmentis in amnem  
 Egerat, et Tuscis obuius ibat aquis. 500  
 Fluminis illa latus, cui sunt vada juncta Terenti,  
 Adspicit, et sparsas per loca sola casas.  
 Utque erat, immissis puppim stetit ante capillis,  
 Continuitque manum torva regentis iter.
- Et procul in dextram tendens sua brachia ripam, 505  
 Pinea non sano ter pede texta ferit.  
 465 Neve daret saltum properans insistere terræ,  
 Vix est Evandri vixque retenta manu.
- Dique petitorum, dixit, salvete locorum ;  
 Tuque novos cælo terra datura deos ; 510  
 470 Fluminaque, et fontes, quibus utitur hospita tellus,  
 Et memorum Nymphæ, Naiadumque chori ;  
 Este bonis avibus visi natoque mihi que :  
 Ripaque felici tacta sit ista pede.
- 475 Fallor ? an hi fient ingentia mœnia colles ? 515  
 Juraque ab hac terra cætera terra petet ?  
 Montibus his olim totus promittitur orbis.  
 Quis tantum fati credat habere locum ?  
 Et jam Dardaniæ tangent hæc littora pinus.  
 Hic quoque causa novi fœmina Martis erit. 520

- Care nepos, Palla, funesta quid induis arma?  
 Indue: non humili vindice cæsus eris.
- Victa tamen vinctes, eversa que Troja resurges:  
 Obruet hostiles ista ruina domos.
- Urito Victrices Neptunia Pergama flammæ; 525  
 Num minus hic toto est altior orbe cinis?  
 Jam pius Æneas sacra, et sacra altera patrem,  
 Afferet: Iliacos excipe, Vesta, deos.
- Tempus erit, cum vos, orbemque tuebitur idem:  
 Et fient ipso sacra colente deo: 530  
 Et penes Augustos patriæ tutela manebit.  
 Hanc fas imperii frena tenere domum.
- Inde nepos natusque dei, licet ipse recuset,  
 Pondera cœlesti mente paterna feret. 535  
 Utque ego perpetuis olim sacrabor in aris,  
 Sic Augusta novum Julia numen erit.
- Talibus ut dictis nostros descendit ad annos,  
 Substitit in medios præscia lingua sonos.  
 Puppibus egressus Latia stetit exsul in herba.  
 Felix, exsilium cui locus ille fuit! 540  
 Nec mora longa fuit. Stabant nova tecta: nec alter  
 Montibus Ausoniis Arcade major erat.
- Ecce boves illuc Erytheidas applicat heros,  
 Emensus longi claviger orbis iter.
- Dumque huic hospitium domus est Tegeæa; vagantur  
 Incustoditæ læta per arva boves. 545  
 Mane erat: excussus somno Tirynthius hospes  
 De numero tauros sentit abesse duos.
- Nulla videt taciti quærens vestigia furti.  
 Traxerat aversos Cacus in antra feros; 550  
 Cacus, Aventinæ timor atque infamia sylvæ,  
 Non leve finitimis hospitibusque malum.
- Dira viro facies; vires pro corpore; corpus  
 Grande: pater monstri Muleiber hujus erat.
- Proque domo longis spelunca recessibus ingens 555  
 Abdita, vix ipsis invenienda feris.  
 Ora super postes affixaque brachia pendent,  
 Squalidaque humanis ossibus albet humus.
- Servata male parte boum Jove natus abibas:  
 Mugitum rauco furta dedere sono. 560  
 Accipio revocamen, ait; vocemque secutus

- Impia per sylvas ultor ad antra venit.  
 Ille aditum fracti præstruxerat obijce montis :  
 Vix juga movissent quinque bis illud opus.  
 Nititur hic humeris, (cælum quoque sederat illis,) 565  
 Et vastum motu collabefactat onus.  
 Quod simul evulsum est, fragor æthera terruit ipsum,  
 Ictaque subsedit pondere molis humus.  
 Prima movet Cacus collata prælia dextra,  
 Remque ferox saxis stipitibusque gerit. 570  
 Quis ubi nil agitur ; patrias male fortis ad artes  
 Confugit, et flammam ore sonante vomit.  
 Quas quoties proflat, spirare Typhoea credas,  
 Et rapidum Ætnæo fulgur ab igne jaci.  
 Occupat Alcides : adductaque elava trinodis 575  
 Ter quater adversi sedit in ore viri.  
 Ille cadit mixtosque vomit cum sanguine fumos,  
 Et lato moriens pectore plangit humum.  
 Immolat ex illis taurum tibi, Jupiter, unum  
 Victor, et Evandrum ruricolamque vocat. 580  
 Constituitque sibi, quæ Maxima dicitur, aram,  
 Hic ubi pars Urbis de bove nomen habet.  
 Nec tacet Evandri mater, prope tempus adesse,  
 Hercule quo tellus sit satis usa suo.  
 At felix vates, ut dis gratissima vixit, 585  
 Possidet hunc Jani sic dea mense diem.  
  
 Idibus in magni castus Jovis æde sacerdos  
 Semimaris flammis viscera libat ovis :  
 Redditaque est omnis populo provincia nostro :  
 Et tuus Augusto nomine dictus avus. 590  
 Perlege dispositas generosa per atria ceras ;  
 Contigerunt nulli nomina tanta viro.  
 Africa victorem de se vocat : alter Isauras,  
 Aut Cretum domitas testificatur opes.  
 Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum : 595  
 Ille Numantina traxit ab urbe notam.  
 Et mortem et nomen Druso Germania fecit.  
 Me miserum, virtus quam brevis illa fuit !  
 Si petat a victis, tot sumat nomina Cæsar,  
 Quot numero gentes maximus orbis habet. 600  
 Ex uno quidam celebres, aut torquis ademptæ,

- Aut corvi titulos auxiliaris habent.  
 Magne, tuum nomen rerum mensura tuarum est :  
 Sed qui te vicit, nomine major erat.  
 Nec gradus est ultra Fabios cognominis ullus ; 605  
 Illa domus meritis Maxima dicta suis.  
 Sed tamen humanis celebrantur honoribus omnes ;  
 Hic socium summo cum Jove nomen habet.  
 Sancta vocant augusta patres : augusta vocantur  
 Tempa, sacerdotum rite dicata manu. 610  
 Hujus et augurium dependet origine verbi,  
 Et quodeunque sua Jupiter auget ope.  
 Augeat imperium nostri ducis, augeat annos :  
 Protegat et vestras querna corona fores.  
 Auspicibusque deis tanti cognominis hæres 615  
 Omne suscipiat, quo pater, orbis onus.
- Respiciet Titan actas ubi tertius Idus,  
 Fient Parrhasiæ sacra relata deæ.  
 Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant ;  
 Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor. 620  
 Mox honor eripitur ; matronaque destinat omnis  
 Ingratos nulla prole novare viros.  
 Neve daret partus, ictu temeraria cæco  
 Visceribus crescens excutiebat onus. 625  
 Corripuisse patres ausas immitia nuptas,  
 Jus tamen exemptum restituise, ferunt.  
 Binaque nunc pariter Tegeææ sacra parenti  
 Pro pueris fieri virginibusque jubent.  
 Scortea non illi fas est inferre sacello,  
 Ne violent puros exanimata focos. 530  
 Si quis amas ritus veteres, adsiste precanti :  
 Nomina percipies non tibi nota prius.  
 Porrima placeantur Postvertaque, sive sorores,  
 Sive fugæ cœnites, Mænali Nympha, tuæ. 635  
 Altera, quod porro fuerat, cecinisse putatur,  
 Altera versurum postmodo quicquid erat.
- Candida te niveo posuit lux proxima templo,  
 Qua fert sublimes alta Moneta gradus :  
 Nunc bene prospicies Latiam, Concordia, turbam ;  
 Nunc te sacratæ restituere manus. 640

|         |  |                                                                                                 |     |
|---------|--|-------------------------------------------------------------------------------------------------|-----|
| est :   |  | Furius antiquum populi superator Etrusci<br>Voverat, et voti solverat ante fidem.               |     |
| ; 605   |  | Causa, quod a patribus sumtis secesserat armis<br>Vulgus, et ipsa suas Roma timebat opes.       |     |
| nes ;   |  | Causa recens melior : passos Germania crines                                                    | 645 |
| . tatur |  | Porrigit auspiciis, dux venerande, tuis.                                                        |     |
| 610     |  | Inde triumphatæ libasti munera gentis,<br>Templaque fecisti, quam colis ipse, deæ.              |     |
|         |  | Hæc tua constituit genitrix et rebus et ara,<br>Sola toro magni digna reperta Jovis.            | 650 |
| 615     |  | Hæc ubi transierint ; Capricorno, Phœbe, relicto,<br>Per juvenis cures signa gerentis aquam.    |     |
|         |  | Septimus hinc Oriens cum se demiserit undis,<br>Fulgebit toto jam Lyra nulla polo.              |     |
| ; 620   |  | Sidere ab hoc, ignis venienti nocte, Leonis<br>Qui micat in medio pectore, mersus erit.         | 655 |
| is      |  | Ter quater evolvi signantes tempora fastos,<br>Nec Sementiva est ulla reperta dies :            |     |
| 625     |  | Cum mihi, sensit enim, Lux hæc indicitur, inquit<br>Musa ; quid a fastis nonstata sacra petis ? | 660 |
|         |  | Utque dies incerta sacro, sic tempora certa,<br>Seminibus jactis est ubi fetus ager.            |     |
| 530     |  | State coronati plenum ad præsepe juvenci ;<br>Cum tepido vestrum vere redibit opus.             |     |
|         |  | Rusticus emeritum palo suspendat aratrum ;<br>Omne reformidat frigida vulnus humus.             | 665 |
| 635     |  | Villice, da requiem terræ, semente peracta ;<br>Da requiem, terram qui coluere, viris.          |     |
|         |  | Pagus agat festum : pagum lustrate, coloni,<br>Et date paganis annua liba focis.                | 670 |
| m ; 640 |  | Placentur matres frugum Tellusque Ceresque,<br>Farre suo gravidæ visceribusque suis.            |     |
|         |  | Officium commune Ceres et Terra tuentur :<br>Hæc præbet causam frugibus, illa locum.            |     |
|         |  | Consortes operum, per quas correctæ vetustas,<br>Quernaque glans victa est utiliore cibo ;      | 675 |
|         |  | Frugibus immensis avidos satiate colonos,                                                       |     |

- Ut capiant cultus præmia digna sui.  
 Vos date perpetuos teneris sementibus auctus :  
 Nec nova per gelidas herba sit usta nives. 680  
 Cum serimus, cœlum ventis aperite serenis :  
 Cum latet, ætheria spargite semen aqua.  
 Neve graves cultis Cerealia dona, cavete,  
 Agmine læsure depopulentur aves.  
 Vos quoque subjectis, formicæ, parcite granis : 685  
 Post messem prædæ copia major erit.  
 Interea crescat scabræ robiginis expers,  
 Nec vitio cœli palleat ægra seges.  
 Et neque deficiat macie, neque pinguior æquo 690  
 Divitiis pereat luxuriosa suis.  
 Et careant loliis oculos vitiantibus agri,  
 Nec sterilis culto surgat avena solo.  
 Triticœos fetus, passuraque farra bis ignem,  
 Hordeaque ingenti fœnore reddat ager.  
 Hoc ego pro vobis, hoc vos optate coloni : 695  
 Efficiantque ratas utraque diva preces.  
 Bella diu tenuere viros : erat aptior ensis  
 Vomere : cedebat taurus arator equo.  
 Sarcula cessabant : versique in pila ligones,  
 Factaque de rastro pondere cassis erat. 700  
 Gratia dīs, domuique tuæ ! religata catenis  
 Jam pridem nostro sub pede bella jacent.  
 Sub juga bos veniat ; sub terras semen aratas.  
 Pax Cererem nutrit : pacis alumna Ceres.  
 At quæ venturas præcedet sexta Kalendas, 705  
 Hac sunt Ledæis templa dicata deis.  
 Fratibus illa deis fratres de gente deorum  
 Circa Juturnæ composuere lacus.  
 Ipsum nos carmen deducit Pacis ad aram.  
 Hæc erit a mensis fine secunda dies. 710  
 Frondibus Actiacis comtos redimita capillos,  
 Pax, ades, et toto mitis in orbe mane.  
 Dum desint hostes, desit quoque causa triumphii.  
 Tu ducibus bello gloria major eris.  
 Sola gerat miles, quibus arma coerceat, arma : 715  
 Canteturque fera nil nisi pompa tuba.

[LIB.

Horreat Æneas et primus et ultimus orbis ;

Si qua parum Romam terra timebit, amet.

Thura, sacerdotes, pacalibus addite flammis,

680

Albaque percussa victima fronte cadat.

720

Utque domus, quæ præstat eam, cum Pace perennet,

Ad pia propensos vota rogate deos.

Sed jam prima mei pars est exacta laboris :

Cumque suo finem mense libellus habet.

685

690

695

700

705

710

715

## LIBER SECUNDUS.

---

- JANUS habet finem : cum carmine crescit et annus ;  
Alter ut hinc mensis, sic liber alter eat.  
Nunc primum velis, elegi, majoribus itis :  
Exiguum, memini, nuper eratis opus. 5  
Certe ego vos habui faciles in amore ministros,  
Cum lusit numeris prima juvenia suis.  
Idem sacra cano, signataque tempora fastis.  
Eoquis ad hæc illinc crederet esse viam ?  
Hæc mea militia est : ferimus quæ possumus arma :  
Dextraque non omni munere nostra vacat. 10  
Si mihi non valido torquentur pila lacerto,  
Nec bellatoris terga premuntur equi ;  
Nec galea tegimur, nec acuto cingimur ense ;  
His habilis telis quilibet esse potest :  
At tua prosequimur studioso pectore, Cæsar, 15  
Nomina, per titulos ingredimurque tuos.  
Ergo ades, et placido paulum mea munera vultu  
Respice, pacando si quid ab hoste vacas.
- Februa Romani dixere piamina patres :  
Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem. 20  
Pontifices ab rege petunt et flamine lanas,  
Quis veteri lingua Februa nomen erat.  
Quæque capit lictor domibus purgamina certis,  
Torrida cum mica farra, vocantur idem.  
Nomen idem ramo, qui, cæsus ab arbore pura, 25  
Casta sacerdotum tempora fronde tegit.  
Ipse ego Flaminicam poscentem februa vidi :  
Februa poscenti pinea virga data est.  
Denique quodcumque est, quo pectora nostra piatur,  
Hoc apud intonsos nomen habebat avos. 30  
Mensis ab his dictus, secta quia pelle Luperci  
Omne solum lustrant, idque piamen habent.

|         |    |                                                                                             |    |
|---------|----|---------------------------------------------------------------------------------------------|----|
|         |    | Aut quia placatis sunt tempora pura sepulchris,<br>Tunc cum ferales præteriere dies,        |    |
|         |    | Omne nefas, omnemque mali purgamina causam<br>Credebant nostri tollere posse senes.         | 35 |
|         |    | Græcia principium moris fuit. Illa nocentes<br>Impia lustratos ponere facta putat.          |    |
|         |    | Actoriden Peleus, ipsum quoque Pelea Phoci<br>Cæde per Hæmonias solvit Acastus aquas.       | 40 |
| annus ; |    | Vectam frenatis per inane draconibus Ægeus<br>Credulus immerita Phasida juvit ope.          |    |
|         |    | Amphiaraides Naupactoo Acheloo,<br>Solve nefas, dixit ; solvit et ille nefas.               |    |
| os,     | 5  | Ah nimium faciles, qui tristia crimina cædis<br>Fluminea tolli posse putetis aqua !         | 45 |
|         |    | Sed tamen, antiqui ne nescius ordinis erres,<br>Primus, ut est, Jani mensis et ante fuit.   |    |
| arma :  | 10 | Qui sequitur Janum, veteris, fuit ultimus anni.<br>Tu quoque sacrorum, Termine, finis eras. | 50 |
|         |    | Primus enim Jani mensis, quia janua prima est ;<br>Qui sacer est imis Manibus, imus erat.   |    |
|         | 15 | Postmodo creduntur spatio distantia longo<br>Tempora bis quini continuasse viri.            |    |
|         |    | Principio mensis, Phrygiæ contermina Matri<br>Sospita delubris dicitur aucta novis.         | 55 |
| ltu     |    | Nunc ubi sint illis, quæris, sacrata Kalendis<br>Templa deæ ? longo procubuere die.         |    |
| m.      | 20 | Cætera ne simili caderent labefacta ruina,<br>Cavit sacrati provida cura ducis :            | 60 |
|         |    | Sub quo delubris sentitur nulla senectus.<br>Nec satis est homines, obligat ille deos.      |    |
|         |    | Templorum positor, templorum sancte repostor,<br>Sit superis. opto, mutua cura tui.         |    |
|         | 25 | Dent tibi cœlestes, quot tu cœlestibus, annos,<br>Proque tua mancant in statione domo.      | 65 |
|         |    | Tum quoque vicini lucus celebratur Asyli,<br>Qua petit æquoreas advena Tibris aquas.        |    |
| iamur,  | 30 | Ad penetrale Numæ, Capitolinumque Tonantem,<br>Inque Jovis summa cæditur arce bidens.       | 70 |
|         |    | Sæpe graves pluvias adopertus nubibus Auster<br>Concitat, aut posita sub nive terra latet.  |    |

- Proximus Hesperias Titan abiturus in undas  
 Gemmea purpureis cum juga demit equis ;  
 Illa nocte aliquis, tollens ad sidera vultum, 75  
 Dicet, Ubi est hodie, quæ Lyra fulsit heri ?  
 Dumque Lyram quæret, medii quoque terga Leonis  
 In liquidas subito mersa notabit aquas.
- Quem modo cælatum stellis Delphina visus  
 Is fugiet visus nocte sequente tuos. 80  
 Seu fuit occultis felix in amoribus index ;  
 Lesbida cum domino seu tulit ille lyram.  
 Quod mare non novit, quæ nescit Ariona tellus ?  
 Carmine currentes ille tenebat aquas.  
 Sæpe sequens agnam lupus est hac voce retentus ; 85  
 Sæpe avidum fugiens restitit agna lupum :  
 Sæpe canes leporesque umbra cubuere sub una :  
 Et stetit in saxo proxima cerva lææ :  
 Et sine lite loquax cum Palladis alite cornix  
 Sedit : et accipitri juncta columba fuit. 90  
 Cynthia sæpe tuis fertur, vocalis Arion,  
 Tanquam fraternis obstupuisse modis.  
 Nomen Arionium Siculas impleverat urbes ;  
 Captaque erat lyricis Ausonis ora sonis.  
 Inde domum repetens puppim conscendit Arion, 95  
 Atque ita quæsitâ arte ferebat opes.  
 Forsitan, infelix, ventos undamque timebas ;  
 At tibi nave tua tutius æquor erat.  
 Namque gubernator dstricto constitit ense,  
 Cæteraque armata conscia turba manu. 100  
 Quid tibi cum gladio ? dubiam rege, navita, pinum.  
 Non sunt hæc digitis arma tenenda tuis.  
 Ille metu pavidus, Mortem non deprecor, inquit ;  
 Sed liceat sumta pauca referre lyra.  
 Dant veniam, ridentque moram. Capit ille coronam ;  
 Quæ possit crines, Phœbe, decere tuos. 105  
 Induerat Tyrio bis tinctam murice pallam :  
 Reddidit icta suos pollice chorda sonos.  
 Flebilibus veluti numeris canentia dura  
 Trajectus penna tempora cantat olor. 110  
 Protinus in medias ornatus desilit undas.  
 Spargitur impulsa cærulea puppis aqua.

- Inde (fide majus) tergo delphina recurvo  
 Se memorant oneri supposuisse novo.  
 75 Ille sedens citharamque tenet, pretiumque vehendi 115  
 Cantat, et æquoreas carmine mulcet aquas.  
 Di pia facta vident. Astris delphina recepit  
 Jupiter, et stellas jussit habere novem.
- 80 Nunc mihi mille sonos, quoque est memoratus Achilles,  
 Vellem, Mæonide, pectus inesse tuum. 120  
 Dum canimus sacras alterno carmine Nonas :  
 - Maximus hinc fastis accumulatur honos.  
 Deficit ingenium, majoraque viribus urgent.  
 Hæc mihi præcipuo est ore canenda dies.  
 85 Quid volui demens elegis imponere tantum 125  
 Ponderis ? heroi res erat ista pedis.  
 Sancte pater patriæ, tibi plebs, tibi curia nomen  
 Hoc dedit ; hoc dedimus nos tibi nomen eques.  
 Res tamen ante dedit. Sero quoque vera tulisti  
 90 Nomina : jampridem tu pater orbis eras. 130  
 Hoc tu per terras, quod in æthere Jupiter alto,  
 Nomen habes. Hominum tu pater, ille deûm.  
 Romule, concedas : facit hic tua magna tuendo  
 Mœnia ; tu dederas transilienda Remo.  
 95 Te Tatius, parvique Cures, Cæninaque sensit ; 135  
 Hoc duce Romanum est solis utrumque latus.  
 Tu breve nescio quid victæ telluris habebas ;  
 Quodeunque est alto sub Jove, Cæsar habet.  
 Tu rapis, hic castas duce se jubet esse maritas.  
 100 Tu recipis luco, submovet ille nefas. 140  
 Vis tibi grata fuit ; florent sub Cæsare leges ;  
 Tu Domini nomen, Principis ille tenet.  
 Te Remus incusat ; veniam dedit hostibus ille.  
 Cœlestem fecit te pater ; ille patrem.  
 105 Jam puer Idæus media tenus eminent alvo, 145  
 Et liquidas mixto nectare fundit aquas.  
 En etiam, si quis Borean horrere solebat,  
 Gaudeat ; a Zephyris mollior aura venit.
- 110 Quintus ab æquoreis nitidum jubar extulit undis 150  
 Lucifer, et primi tempora veris erunt.  
 Ne fallare tamen ; restant tibi frigora, restant ;  
 Magnaque discedens signa reliquit hiems.

- Tertia nox veniat : Custodem protinus Ursæ  
 Adspicies geminos exseruisse pedes.
- Inter Hamadryadas jaculatriemque Dianam 155  
 Callisto sacri pars fuit una chori.  
 Illa deæ tangens arcus, Quos tangimus, arcus,  
 Este meæ testes virginitatis, ait.
- Cynthia laudavit, Promissaque fœdera serva,  
 Et comitum princeps tu mihi, dixit, eris. 160  
 Fœdera servasset, si non formosa fuisset.  
 Cavitt mortales ; ab Jove crimen habet.
- Mille feras Phœbe sylvis venata redibat,  
 Aut plus, aut medium sole tenente diem.  
 Ut tetigit lueum, (densa niger ilice lueus ; 165  
 In medio gelidæ fons erat altus aquæ :)  
 Hac, ait, in sylva, virgo Tegeæa, lavemur :  
 Erubuit falso virginis illa sono.
- Dixerat et Nymphis: Nymphæ velamina ponunt.  
 Hanc pudet, et tardæ dat mala signa moræ. 170  
 Exuerat tunicas : uteri manifesta tumore  
 Proditur indicio ponderis ipsa sui.
- Cui dea, Virgineos, perjura Lyeaoni, cœtus  
 Desere, nec castas pollue, dixit, aquas.
- Luna novum decies implerat cornibus orbem : 175  
 Quæ fuerat virgo eredita, mater erat.  
 Læsa furit Juno, formam mutatque puellæ.  
 Quid facis ? invito pectore passa Jovem est.
- Utque feræ vidit turpes in pellice vultus,  
 Hujus in amplexus Jupiter, inquit, eat. 180  
 Ursa per incultos errabat squalida montes,  
 Quæ fuerat summo nuper amanda Jovi.
- Jam tria lustra puer furto conceptus agebat,  
 Cum mater nato est obvia facto suo.
- Illâ quidem, tanquam cognosceret, adstitit amens, 185  
 Et genuit : gemitus verba parentis erant.
- Hanc puer ignarus jaeulo fixisset acuto ;  
 Ni foret in superas raptus uterque domos.
- Signa propinqua micant. Priore est, quam dieimus Arcton ;  
 Arctophylax formam terga sequentis habet. 190  
 Sævitt adhuc, eanamque rogat Saturnia Tethyn,  
 Mœnalian tactis ne lavet Arcton aquis.

Idivus agrestis fumant altaria Fauni,  
 Hic ubi discretas insula rumpit aquas.  
 155 Hæc fuit illa dies, in qua Veientibus arvis  
 Ter eentum Fabii, ter eecidere duo.  
 Una domus vires et onus suseperat urbis :  
 Sumunt gentiles arma professa manus.  
 160 Egreditur castris miles generosus ab isdem,  
 E quis dux fieri quilibet aptus erat.  
 Carmentis portæ dextro via proxima Jano est.  
 Ire per hanc noli, quisquis es ; omen habet.  
 Illa fama refert Fabios exisse trecentos.  
 165 Porta vacat culpa ; sed tamen omen habet.  
 Ut celeri passu Cremcræ tetigere rapacem,  
 (Turbidus hibernis ille fluebat aquis,) 205  
 Castra loeo ponunt ; destrietis ensibus ipsi  
 Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt.  
 Non aliter, quam eum Libya de rupe leones  
 170 Invadunt sparsos lata per arva greges.  
 Diffugiunt hostes, inhonestaque vulnera tergo  
 Accipiunt : Tuseo sanguine terra rubet.  
 Sic iterum, sic sæpe cadunt. Ubi vineere aperte  
 Non datur, insidias armaque cæca parant.  
 175 Campus erat : campi elaudabant ultima colles,  
 Sylvaque montanas oeculere apta feras.  
 In medio paucos, armenta que rara relinquunt ;  
 Cætera virgultis abdita turba latet.  
 180 Ecce, velut torrens undis pluvialibus auctus,  
 Aut nive, quæ Zephyro vieta tepente fluit,  
 Per sata perque vias fertur, nec, ut ante solebat,  
 Riparum clausas margine finit aquas :  
 Sic Fabii latis vallem diseursibus implent ;  
 Quosque vident, sternunt : nee metus alter inest.  
 185 Quo ruitis, generosa domus ? male creditur hosti. 225  
 Simplex nobilitas, perfida tela cave.  
 Fraude perit virtus. In apertos unlique campos  
 Prosiliunt hostes, et latus omne tenent.  
 Quid faciunt pauci eontra tot millia fortes ?  
 Quidve, quod in misero tempore restet, habent ? 230  
 Sicut aper, syivis longe Laurentibus actus,  
 Fulmineo eeleres dissipat ore canes ;  
 Mox tamen ipse perit : sic non moriuntur inulti ;

- Vulneraque alterna dantque feruntque manu.  
 Una dies Fabios ad bellum miserat omnes : 235  
 Ad bellum missos perdidit una dies.  
 Ut tamen Herculeæ superessent semina gentis,  
 Credibile est ipsos consuluisse deos.  
 Nam puer impubes, et adhuc non utilis armis,  
 Unus de Fabia gente relictus erat. 240  
 Scilicet ut posses olim tu, Maxime, nasci,  
 Cui res cunctando restituenda foret.
- Continuata loco tria sidera, Corvus et Anguis,  
 Et medius Crater inter utrumque jacet.  
 Idbus illa latent : oriuntur nocte sequenti. 245  
 Quæ sibi cur tria sint consociata, canam.  
 Forte Jovi festum Phæbus solenne parabat :  
 Non faciet longas fabula nostra moras.  
 I mea, dixit, avis, ne quid pia sacra moretur,  
 Et tenuem vivis fontibus affer aquam. 250  
 Corvus inauratum pedibus cratera recurvis  
 Tollit, et aërium pervolat altus iter.  
 Stabat adhuc duris ficus densissima pomis :  
 Tentat eam rostro ; non erat apta legi.  
 Immemor imperii sedisse sub arbore fertur, 255  
 Dum fierent tarda dulcia poma mora.  
 Jamque satur, nigris longum rapit unguibus hydrum,  
 Ad dominumque redit, fictaque verba refert :  
 Hic mihi causa moræ, vivarum obsessor aquarum ;  
 Hic tenuit fontes, officiumque meum. 260  
 Addis, ait, culpæ mendacia, Phæbus, et audes  
 Fatidicum verbis fallere velle deum ?  
 At tibi, dum lactens hærebit in arbore ficus,  
 De nullo gelidæ fonte bibantur aquæ.  
 Dixit : et antiqui monumenta perennia facti 265  
 Anguis, Avis, Crater, sidera juncta micant.
- Tertia post Idus nudos Aurora Lupercos  
 Adspicit : et Fauni sacra bicornis eunt.  
 Dicite, Pierides, sacrorum quæ sit origo,  
 Attigerint Latias unde petita domos. 270  
 Pana deum pecoris veteres coluisse feruntur  
 Arcades ; Arcadiis plurimus ille jugis.

|  |                                                                                                                                                                                          |     |
|--|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----|
|  | Testis erit Pholoe, testes Stymphalides undæ,<br>Quique citis Ladon in mare currit aquis,<br>Cinctaque pinetis nemoris juga Nonacrini,<br>Altaque Cyllene, Parrhasiæque nives.           | 275 |
|  | Pan erat armenti custos, Pan numen equarum :<br>Munus ob incolumes ille ferebat oves.                                                                                                    |     |
|  | Transtulit Evander sylvestria numina secum.<br>Hic, ubi nunc urbs est, tum locus urbis erat.                                                                                             | 280 |
|  | Inde deum colimus, devectaque sacra Pelasgis.<br>Flamen ad hæc prisco more Dialis erat.<br>Cur igitur currant, et cur (sic currere mos est)<br>Nuda ferant posita corpora veste, rogas ? |     |
|  | Ipse deus velox discurrere gaudet in altis<br>Montibus, et subitas concitat ille feras.                                                                                                  | 285 |
|  | Ipse deus nudus nudos jubet ire ministros :<br>Nec satis ad cursum commoda vestis erat.                                                                                                  |     |
|  | Ante Jovem genitum terras habuisse feruntur<br>Arcades : et Luna gens prior illa fuit.                                                                                                   | 290 |
|  | Vita feræ similis, nullos agitata per usus :<br>Artis adhuc expers, et rude vulgus erat.                                                                                                 |     |
|  | Pro domibus frondes norant, pro frugibus herbas :<br>Nectar erat palmis hausta duabus aqua.                                                                                              |     |
|  | Nullus anhelabat sub adunco vomere taurus :<br>Nulla sub imperio terra colentis erat :                                                                                                   | 295 |
|  | Nullus adhuc erat usus equi : se quisque ferebat.<br>Ibat ovis lana corpus amicta sua.                                                                                                   |     |
|  | Sub Jove durabant, et corpora nuda gerebant,<br>Docta graves imbres et tolerare Notos.                                                                                                   | 300 |
|  | Nunc quoque detecti referunt monumenta vetusti<br>Moris, et antiquas testificantur opes.                                                                                                 |     |
|  | Sed cur præcipue fugiat velamina Faunus,<br>Traditur antiqui fabula plena joci.                                                                                                          |     |
|  | Forte comes dominæ juvenis Tiryntius ibat :<br>Vidit ab excelso Faunus utrumque jugo.                                                                                                    | 305 |
|  | Vidit, et incaluit, Montanaque numina, dixit,<br>Nil mihi vobiscum est : hæc meus ardor erit.                                                                                            |     |
|  | Ibat odoratis humeros perfusa capillis<br>Mæonis, aurato conspicienda sinu.                                                                                                              | 310 |
|  | Aurea pellebant rapidos umbracula soles ;<br>Quæ tamen Herculeæ sustinuere manus.<br>Jamque nemus Bacchi, Tmoli vineta, tenebat,                                                         |     |

- Hesperus et fusco roscidus ibat equo.  
 Antra subit tophis laqueataque punice vivo. 315  
 Garrulus in primo limine rivus erat.  
 Dumque parant epulas potandaque vina ministri  
 Cultibus Alciden instruit illa suis.  
 Dat tenues tunicas, Gœtulo murice tinctas :  
 Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit. 320  
 Ventre minor zona est : tunicarum vinela relaxat,  
 Ut possit vastas exseruisse manus.  
 Fregerat armillas non illa ad brachia factas :  
 Stringebant magnos vincula parva pedes.  
 Ipsa capit clavamque gravem, spoliūque leonis, 325  
 Conditaque in pharetra tela minora sua.  
 Sic epulis functi, sic dant sua corpora somno ;  
 Et positis juxta secubuere toris.  
 Causa : repertori vitis pia sacra parabant,  
 Quæ facerent pure, cum foret orta dies. 330  
 Noctis erat medium ; (quid non amor improbus audet?)  
 Roscida per tenebras Faunus ad antra venit.  
 Utque videt somno comites vinoque solutos,  
 Spem capit in dominis esse soporis idem.  
 Intrat, et huc illuc temerarius errat adulter : 335  
 Et præfert cautas subsequiturque manus.  
 Venerat ad strati captata cubilia lecti ;  
 Et prima felix sorte futurus erat.  
 Ut tetigit fulvi setis hirsuta leonis  
 Vellera, pertimuit, sustinuitque manum ; 340  
 Attonitusque metu riguit, ut sæpe viator  
 Turbatum viso retulit angue pedem.  
 Inde tori, qui junctus erat, velamina tangit  
 Mollia, mendaci decipiturque nota.  
 Adscendit, spondaque sibi propiore recumbit ; 345  
 Et rigido cornu durius inguen erat.  
 Interea tunicas ora subducit ab ima :  
 Horrebant densis aspera crura pilis.  
 Cætera tentantem cubito Tiryntius heros  
 Repulit, et summo decidit ille toro. 350  
 Fit sonus : inclamat comites, et lumina poscit  
 Mæonis. Illatis ignibus acta patent.  
 Ille gemit lecto graviter dejectus ab alto :  
 Membraque de dura vix sua tollit humo.

- 315 Ridet et Alcides, et qui videre jacentem ;  
Ridet amatorem Lyda puella suum.  
Veste deus lusus fallentes lumina vestes  
Non amat, et nudos ad sua sacra vocat.
- 320 Adde peregrinis, causas, mea Musa, Latinas :  
Inque suo noster pulvere currat equus.  
Cornipedi Fauno cæsa de more capella  
Venit ad exiguas turba vocata dapes.  
Dumque sacerdotes verubus transsuta salignis  
Exta parant, medias sole tenente vias ;  
Romulus, et frater, pastoralisque juvenus,  
Solibus et campo corpora nuda dabant :  
[Cæstibus, et jaculis, et missi pondere saxi  
Brachia per lusus experienda dabant.]  
Pastor ab excelso, Per devia rura juvencos,  
Romule, prædones, eripe, dixit, agunt.
- 330 Longum erat armari. Diversis exit uterque  
Partibus. Accursu præda recepta Remi.  
Ut rediit, verubus stridentia detrahit exta ;  
Atque ait, Hæc certe non nisi victor edet.  
335 Dicta facit, Fabiique simul. Venit irritus illuc  
Romulus, et mensas ossaque nuda videt.  
Risit ; et indoluit Fabios potuisse Remumque  
Vincere, Quinctilios non potuisse suos.  
Fama manet facti : posito velamine currunt,  
Et memorem famam, quod bene cessit, habet.
- 340 Forsitan et quæras, cur sit locus ille Lupercal,  
Quæve diem tali nomine causa notet.  
Ilia Vestalis cœlestia semina partu  
Ediderat, patruo regna tenente suo.
- 345 Is jubet auferri parvos, et in amne necari.  
Quid facis ? ex istis Romulus alter erit.  
Jussa recusantes peragunt lacrymosa ministri ;  
Flent tamen, et geminos in loca jussa ferunt.  
Albula, quem Tibrin mersus Tiberinus in unda  
Reddidit, hibernis forte tumebat aquis.
- 350 Hic, ubi nunc fora sunt, lintres errare videres,  
Quaque jacent valles, Maxime Circe, tuæ.  
Huc ubi venerunt, (neque enim procedere possunt  
Longius,) ex illis unus, an alter, ait :  
At quam sunt similes ! at quam formosus uterque ! 395

355

360

365

370

375

380

385

390

- Plus tamen ex illis iste vigoris habet.  
 Si genus arguitur vultu, ni fallit imago,  
 Nescio quem vobis suspicor esse deum.  
 At si quis vestræ deus esset originis auctor,  
 In tam præcipiti tempore ferret opem. 400  
 Ferret opem certe, si non ope mater egeret,  
 Quæ facta est uno mater et orba die.  
 Nata simul, peritura simul, simul ite sub undas  
 Corpora. Desierat : deposuitque sinu.  
 Vagierunt clamore pari : sentire putares. 405  
 Hi redeunt udis in sua tecta genis.  
 Sustinet impositos summa cavus alveus unda.  
 Heu quantum fati parva tabella vehit !  
 Alveus in limo sylvis appulsus opacis,  
 Paullatim fluvio deficiente, sedet. 410  
 Arbor erat : remanent vestigia, quæque vocatur  
 Rumina nunc ficus, Romula ficus erat.  
 Venit ad expositos (mirum) lupa feta gemellos.  
 Quis credat pueris non nocuisse feram ?  
 Non nocuisse parum est ; prodest quoque : quos lupa  
 nutrit, 415  
 Perdere cognatæ sustinere manus.  
 Constitit, et cauda teneris blanditur alumnis,  
 Et fingit lingua corpora bina sua.  
 Marte satos scires ; timor abfuit. Ubera ducunt,  
 Nec sibi promissi lactis aluntur ope. 420  
 Illa loco nomen fecit, locus ipse Lupercis.  
 Magna dati nutrix præmia lactis habet.  
 Quid vetat Arcadio dictos a monte Lupercos ?  
 Faunus in Arcadia templa Lycaeus habet.  
 Nupta, quid exspectas ? non tu pollentibus herbis, 425  
 Nec prece, nec magico carmine mater eris.  
 Excipe fecundæ patienter verbera dextræ :  
 Jam socer optati nomen habebit avi.  
 Nam fuit illa dies, dura cum sorte maritæ  
 Reddebant uteri pignora rara sui. 430  
 Quid mihi, clamabat, prodest rapuisse Sabinas,  
 Romulus ? (hoc illo sceptrâ tenente fuit :)  
 Si mea non vires, sed bellum injuria fecit,  
 Utilius fuerat non habuisse nurus.  
 Monte sub Esquilio, multis incæduus annis, 435

- Junonis magnæ nomine lucus erat.  
 Huc ubi venerunt, pariter nuptæque virique  
 Suppliciter posito procubuere genu.  
 400 Cum subito motæ tremuere cacuinina sylvæ,  
 Et dea per lucos mira locuta suos. 440  
 Italidas matres, inquit, sacer hircus inito.  
 Obstupuit dubio territa turba sono.  
 Augur erat : nomen longis intercidit annis.  
 405 Nuper ab Etrusca venerat exsul humo.  
 Ille caprum mactat : jussæ sua terga maritæ 445  
 Pellibus exsectis percutienda dabant.  
 Luna resumebat decimo nova cornua motu,  
 Virque pater subito, nuptaque mater erat.  
 410 Gratia Lucinæ : dedit hæc tibi nomina lucus ;  
 Aut quia principium tu, dea, lucis habes. 450  
 Parce precor gravidis, facilis Lucina, puellis,  
 Maturumque utero molliter effer onus.
- Orta dies fuerit ; tu desine credere ventis.  
 Perdidit illius temporis aura fidem.  
 415 Flamina non constant : et sex reserata diebus 455  
 Carceris Æolii janua laxa patet.
- Jam levis obliqua subsidit Aquarius urna.  
 Proximus ætherios excipe, Piscis, equos.  
 Te memorant fratremque tuum (nam juncta nūcatis  
 420 Signa) duos tergo sustinuisse deos. 460  
 Terribilem quondam fugiens Typhona Dione,  
 Tunc cum pro cælo Jupiter arma tulit,  
 Venit ad Euphratē comitata Cupidine parvo,  
 Inque Palæstinæ margine sedit aquæ.  
 425 Populus et cannæ riparum summa tenebant : 465  
 Spemque dabant salices, hos quoque posse tegi.  
 Dum latet, insonuit vento nemus. Illa timore  
 Pallet, et hostiles credit adesse manus.  
 430 Utque sinu natum tenuit, Succurrite, Nymphæ,  
 Et dis auxilium ferte duobus, ait. 470  
 Nec mora ; prosiluit. Pisces subiere gemelli ;  
 Pro quo nunc dignum sidera munus habent.  
 435 Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,  
 Nec violant timidi piscibus ora Syri.

- Proxima lux vacua est : at tertia dicta Quirino. 475  
 Quid tenet hoc nomen, Romulus ante fuit.  
 Sive quod hasta curis priscis est dicta Sabinis,  
 Bellicus a telo venit in astra deus ;  
 Sive suum regi nomen posuere Quirites ;  
 Seu quia Romanis junxerat ille Cures. 480  
 Nam pater armipotens, postquam nova mœnia vidit.  
 Multaque Romulea bella peracta manu.  
 Jupiter, inquit, habet Romana potentia vires :  
 Sanguinis officio non eget illa mei.  
 Redde patri natum : quamvis intercidit alter, 485  
 Pro se, proque Remo, qui mihi restat, erit.  
 Unus erit, quem tu tolles in cœrula cœli,  
 Tu mihi dixisti : sint rata dicta Jovis.  
 Jupiter annuerat. Nutu tremefactus uterque  
 Est polus, et cœli pondera sensit Atlas. 490  
 Est locus, antiqui Capream dixere paludem ;  
 Forte tuis illic, Romule, jura dabas.  
 Sol fugit, et removent subeuntia nubila cœlum :  
 Et gravis effusis decidit imber aquis.  
 Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther. 495  
 Fit fuga, rex patriis astra petebat equis.  
 Luctus erat, falsæque Patres in crimine cædis ;  
 Hæsissetque animis forsitan illa fides ;  
 Sed Proculus Longa veniebat Julius Alba ;  
 Lunaque fulgebat, nec facis usus erat : 500  
 Cum subito motu nubes crepuere sinistra.  
 Retulit ille gradus ; horrueruntque comæ.  
 Pulcher, et humano major, trabeaque decorus  
 Romulus in media visus adesse via ;  
 Et dixisse simul, Prohibe lugere Quirites ; 505  
 Nec violent lacrymis numina nostra suis.  
 Thura ferant, placentque novum pia turba Quirinum,  
 Et patrias artes militiamque colant.  
 Jussit, et in tenues oculis evanuit auras.  
 Convocat hic populos, jussaque verba refert. 510  
 Templâ deo fiunt : collis quoque dictus ab illo ;  
 Et referunt certi sacra paterna dies.  
 Lux quoque cur eadem Stultorum festa vocetur.  
 Accipe : parva quidem causa, sed apta subest.  
 Non habuit tellus doctos antiqua colonos : 515

rino. 475  
 it.  
 is,  
 480  
 ia vidit.  
 s :  
 er, 485  
 .  
 e  
 490  
 m :  
 ther. 495  
 ;  
 500  
 505  
 rinum,  
 510  
 ;  
 ;  
 .  
 515

Lassabant agiles aspera bella viros.  
 Plus erat in gladio, quam curvo laudis aratro ;  
 Neglectus domino pauca ferebat ager.  
 Farra tamen veteres jaciebant, farra metebant :  
 Primitias Cereri farra resecta dabant. 520  
 Usibus admoniti flammis torrenda dedere :  
 Multaque peccato damna tulere suo.  
 Nam modo verrebant nigras pro farre favillas ;  
 Nunc ipsas igni corripuere casas.  
 Facta dea est Fornax : læti Fornace coloni 525  
 Orant, ut fruges temperet illa suas.  
 Curio legitimis nunc Fornacalia verbis  
 Maximus indicit : nec stata sacra facit :  
 Inque foro, multa circum pendente tabella,  
 Signatur certa curia quæque nota. 530  
 Stultaque pars populi, quæ sit sua curia, nescit ;  
 Sed facit extrema sacra relata die.  
  
 Est honor et tumulis. Animas placate paternas,  
 Parvaque in extinctas munera ferte pyras.  
 Parva petunt Manes : pietas pro divite grata est 535  
 Munere : non avidos Styx habet ima deos.  
 Tegula porrectis satis est velata coronis,  
 Et sparsæ fruges, parcaque mica salis,  
 Inque mero mollita Ceres, violæque solutæ.  
 Hæc habeat media testa relicta via. 540  
 Nec majora veto : sed et his placabilis umbra est.  
 Adde preces, positis et sua verba focis.  
 Hunc morem Æneas, pietatis idoneus auctor,  
 Attulit in terras, juste Latine, tuas.  
 Ille patris Genio sollennia dona ferebat ; 545  
 Hinc populi ritus edidicere pios.  
 At quondam, dum longa gerunt pugnacibus armis  
 Bella, parentales deseruere dies.  
 Non impune fuit : nam dicitur omine ab isto  
 Roma suburbanis incaluisse rogis. 550  
 Vix equidem credo ; bustis exisse feruntur,  
 Et tacitæ questi tempore noctis avi.  
 Perque vias urbis, Latiosque ululasse per agros  
 Deformes animas, vulgus inane, ferunt.  
 Post ea præteriti tumulis redduntur honores ; 555

Prodigisque venit funeribusque modus.  
 Dum tamen hæc fiunt, viduæ cessate puellæ :  
 Expectet puros pinea tæda dies.  
 Nec tibi, quæ cupidæ matura videbero matri,  
 Comat virgineas hasta recurva comas. 560  
 Conde tuas, Hymenæe, faces, et ab ignibus atris  
 Aufer ; habent alias mæsta sepulcra faces.  
 Di quoque templorum foribus celentur opertis :  
 Thure vacent aræ, stentque sine igne foci.  
 Nunc animæ tenues, et corpora functa sepulcris 565  
 Errant : nunc posito pascitur umbra cibo.  
 Nec tamen hæc ultra, quam tot de mense supersint  
 Luciferi, quot habent carmina nostra pedes.  
 Hanc, quia justa ferunt, dixere Feralia lucem.  
 Ultima placandis manibus illa dies. 570  
 Ecce anus in mediis residens annosa puellis  
 Sacra facit Tacitæ ; vix tamen ipsa tacet.  
 Et digitis tria thura tribus sub limine ponit,  
 Qua brevis occultum mus sibi fecit iter.  
 Tum cantata ligat cum fusco licia rhombo, 575  
 Et septem nigras versat in ore fabas.  
 Quodque pice adstrinxit, quod acu trajecit ahena,  
 Obsutum manæ torret in igne caput.  
 Vina quoque instillat. Vini quodcunque relictum est,  
 Aut ipsa aut comites, plus tamen ipsa, bibit. 580  
 Hostiles linguas inimicaque vinximus ora,  
 Dicit, discedens, ebriaque exit anus.  
 Forsitan a nobis, quæ sit Dea Muta, requiras.  
 Disce, per antiquos quæ mihi nota senes.  
 Jupiter, indomito Juturnæ captus amore, 585  
 Multa tulit, tanto non patienda deo.  
 Illa modo in sylvis inter coryleta latebat ;  
 Nunc in cognatas desiliebat aquas.  
 Convocat hic Nymphas, Latium, quocunque tenebas,  
 Et jacit in medio talia verba choro : 590  
 Invidet ipsa sibi, vitatque, quod expedit illi,  
 Vestra soror summo jungere membra deo.  
 Consulite ambobus : nam quæ mea magna voluptas,  
 Utilitas vestræ magna sororis erit.  
 Vos illi in prima fugienti obsistite ripa, 595  
 Ne sua fluminea corpora mergat aqua.

Dixerat : annuerunt Nymphæ Tiberinides omnes,  
 Quæque colunt thalamos, Ilia diva, tuos.  
 Forte fuit Nais, Lara nomine : prima sed illi  
 Dicta bis antiquum syllaba nomen erat, 600  
 Ex vitio positum. Sæpe illi dixerat Almo,  
 Nata, tene linguam ; nec tamen illa tenet.  
 Quæ, simul ac tetigit Juturnæ stagna sororis,  
 Effuge, ait, ripas ; dicta refertque Jovis.  
 Illa etiam Junonem adiit ; miserataque nuptam, 605  
 Naida Juturnam vir tuus, inquit, amat.  
 Jupiter intumuit : quate est non usa modeste,  
 Eripuit linguam, Mercuriumque vocat ;  
 Duc, ait, ad manes ; locus ille silentibus aptus.  
 Nympha, sed infernæ Nympha paludis, erit. 610  
 Jussa Jovis fiunt ; accepit lucus euntes.  
 Dicitur illa duci tum placuisse deo.  
 Vim parat hic : vultu pro verbis illa precatur,  
 Et frustra muto nititur ore loqui.  
 Fitque gravis ; geminosque parit, qui compita servant,  
 Et vigilat nostra semper in æde, Lares. 615

Proxima cognati dixere Caristia cari,  
 Et venit ad socias turba propinqua dapes.  
 Scilicet a tumulis, et, qui periere, propinquis,  
 Protinus ad vivos ora referre juvat : 620  
 Postque tot amissos, quicquid de sanguine restat,  
 Adspicere, et generis dinumerare gradus.  
 Innocui veniant : procul hinc, procul impius esto  
 Frater, et in partus mater acerba suos :  
 Cui pater est vivax, qui matris digerit annos : 625  
 Quæ premit invisam socrus iniqua nurum.  
 Tantalidæ fratres absint, et Iasonis uxor,  
 Et quæ ruricolis semina tosta dedit :  
 Et soror, et Procne, Tereusque duabus iniquus :  
 Et quicumque suas per scelus auget opes. 630  
 Dis generis date thura bonis ; Concordia fertur  
 Illo præcipue mitis adesse die.  
 Et libate dapes : ut grati pignus honoris  
 Nutriate incinctos missa patella Lares.  
 Jamque ubi suadebit placidos nox ultima somnos, 635  
 Larga precaturæ sumite vina manu :

Et, Bene nos, patriæ, bene te, pater, optime Cæsar,  
Dicite, suffuso per sacra verba mero.

- Nox ubi transierit, solito celebretur honore,  
Separat indicio qui deus arva suo. 640
- Termine, sive lapis, sive es defossus in agro  
Stipes ab antiquis, sic quoque numen habes.  
Te duo diversa domini pro parte coronant ;  
Binaque sarta tibi, binaque liba ferunt.
- Ara fit : huc ignem curto fert rustica testu 645  
Suntum de tepidis ipsa colona focis.  
Ligna senex minuit, concisaque construit alte :  
Et solida ramos figere pugnat humo.
- Dum siccò primas irritat cortice flammâs,  
Stat puer, et manibus lata canistra tenet. 650  
Inde, ubi ter fruges medios immisit in ignes,  
Porrigit incisos filia parva favos.
- Vina tenent alii : libantur singula flammis.  
Spectant, et linguis candida turba favent.
- Spargitur et cæsa communis Terminus agna ; 655  
Nec queritur, lactens cum sibi porca datur.  
Conveniunt, celebrantque dapes vicinia simplex,  
Et cantant laudes, Termine sancte, tuas.
- Tu populos, urbesque, et regna ingentia finis :  
Omnis erit sine te litigiosus ager. 660  
Nulla tibi ambitio est : nullo corrumperis auro.  
Legitima servas credita rura fide.
- Si tu signasses olim Thyreatida terram,  
Corpora non leto missa trecenta forent :  
Nec foret Othryades congestis lectus in armis. 665  
O quantum patriæ sanguinis ille dedit !  
Quid, nova cum fierent Capitolia ? nempe deorum  
Cumceta Jovi cessit turba, locumque dedit.
- Terminus, ut veteres memorant, inventus in æde  
Restitit : et magno cum Jove templa tenet. 670  
Nunc quoque, se supra ne quid nisi sidera cernat,  
Exiguum templi tecta foramen habent.
- Termine, post illud levitas tibi libera non est :  
Qua positus fueris in statione, mane.
- Nec tu vicino quicquam concede roganti ; 675  
Ne videre hominem præposuisse Jovi.

[LIB.

e Cæsar,

es.

te :

,

;

r.  
plex,

s :

uro.

is.

leorum

æde

et.

ernat,

t :

- Et seu vomeribus, seu tu pulsabere rastris,  
Clamato, Meus est hic ager, ille tuus.  
Est via, quæ populum Laurentes ducit in agros,  
Quondam Dardanio regna petita duci. 680  
Illac lanigeri pecoris tibi, Termine, fibris  
Sacra videt fieri sextus ad Urbe lapis.  
Gentibus est aliis tellus data limite certo ;  
Romanæ spatium est Urbis et orbis idem.
- Nunc dicenda mihi Regis fuga. Traxit ab illa 685  
Sextus ab extremo nomina mense dies.  
Ultima Tarquinius Romanæ gentis habebat  
Regna, vir injustus, fortis ad arma tamen.  
Ceperat hic alias, alias everterat urbes ;  
Et Gabios turpi fecerat arte suos. 690  
Namque trium minimus, proles manifesta Superbi,  
In medios hostes nocte silente venit.  
Nudarant gladios : Occidite, dixit, inermem.  
Hoc cupiant fratres, Tarquiniusque pater ;  
Qui mea crudeli laceravit verbere terga. 695  
Dicere ut hoc posset, verbera passus erat.  
Luna fuit. Spectant juvenem, gladiosque recondunt :  
Tergaque, deducta veste, notata vident.  
Flent quoque, et ut secum tueatur bella, precantur.  
Callidus ignaris annuit ille viris. 700  
Jamque potens, misso genitorem appellat amico,  
Prodendi Gabios quod sibi monstret iter.  
Hortus odoratis suberat cultissimus herbis,  
Sectus humum rivo lene sonantis aquæ.  
Illic Tarquinius mandata latentia nati 705  
Accipit, et virga lilia summa metit.  
Nuntius ut rediit, decussaque lilia dixit ;  
Filius, Agnoseo jussa parentis, ait.  
Nec mora ; principibus cæsis ex urbe Gabina,  
Traduntur ducibus mænia nuda suis. 710  
Ecce (nefas visu) mediis altaribus anguis  
Exit, et exstinctis ignibus exta rapit.  
Consultitur Phœbus. Sors est ita reddita : Matri  
Qui dederit princeps oscula, victor erit.  
Oscula quisque suæ matri properata tulerunt, 715  
Non intellecto credula turba deo.

Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset  
 Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis.  
 Ille, jacens pronus, matri dedit oscula terræ,  
 Creditus offenso procubuisse pede. 720  
 Cingitur interea Romanis Ardea signis,  
 Et patitur lentas obsidione moras.  
 Dum vacat, et metuunt hostes committere pugnam ;  
 Luditur in castris : otia miles agit.  
 Tarquinius juvenis socios dapibusque meroque 725  
 Accipit, atque illis rege creatus ait :  
 Dum nos difficilis pigro tenet Ardea bello,  
 Nec sinit ad patrios arma referre deos ;  
 Ecquid in officio torus est socialis ? et ecquid  
 Coujugibus nostris mutua cura sumus ? 730  
 Quisque suam laudant : studiis certamina crescunt,  
 Et fervent multo linguaque corque mero.  
 Surgit, cui clarum dederat Collatia nomen ;  
 Non opus est verbis, credite rebus, ait.  
 Nox superest : tollamur equis, Urbemque petamus. 735  
 Dicta placent ; frenis impediuntur equi.  
 Pertulerant dominos. Regalia protinus illi  
 Tecta petunt ; custos in fore nullus erat.  
 Ecce nurum regis fuis per colla coronis  
 Inveniunt posito pervigilare mero. 740  
 Inde cito passu petitur Lucretia. Nebat :  
 Ante torum calathi lanaque mollis erant.  
 Lumen ad exiguum famulæ data pensa trahebant ;  
 Inter quas tenui sic ait ipsa sono :  
 Mittenda est domino (nunc,nunc properate, puellæ) 745  
 Quamprimum nostra facta lacerna manu.  
 Quid tamen audistis ? nam plura audire soletis :  
 Quantum de bello dicitur esse super ?  
 Postmodo victa cades : melioribus, Ardea, restas,  
 Improba, quæ nostros cogis abesse viros ! 750  
 Sint tantum reduces. Sed enim temerarius ille  
 Est meus, et stricto quolibet ense ruit.  
 Mens abit, et morior, quoties pugnantis imago  
 Me subit : et gelidum pectora frigus habet.  
 Desinit in lacrymas, intentaque fila remittit, 755  
 In gremio vultum deposuitque suum.  
 Hoc ipsum decuit : lacrymæ decuere pudicam :

Et facies animo dignaque parque fuit.  
 Pone metum, venio, conjux ait. Illa revixit;  
 Deque viri collo dulce pendit onus. 760  
 720 Interea juvenis ferialis regius ignes  
 Concipit, et cæco raptus amore furit.  
 Forma placet, niveusque color, flavique capilli;  
 Quique aderat nulla factus ab arte decor.  
 Verba placent, et vox; et quod corrumpere non est: 765  
 Quoque minor spes est, hoc magis ille cupit.  
 Jam dederat cantum lucis prænuntius ales;  
 Cum referunt juvenes in sua castra pedem.  
 Carpitur attonitos absentis imagine sensus  
 Ille: recordanti plura magisque placent. 770  
 730 Sic sedit: sic culta fuit: sic stamina nevit:  
 Neglectæ collo sic jacuere comæ:  
 Hos habuit vultus: hæc illi verba fuere:  
 Hic decor, hæc facies, hic color oris erat.  
 Ut solet magno fluctus languescere flatu; 775  
 Sed tamen a vento, qui fuit, unda tumet:  
 Sic, quamvis aberat placitæ præsentia formæ,  
 Quem dederat præsens forma, manebat amor.  
 Ardet; et injusti stimulis agitated amoris  
 Comparat indigno vimque dolumque toro. 780  
 740 Exitus in dubio est: audebimus ultima; dixit.  
 Viderit, audentes forsne deusne juvet.  
 Cepimus audendo Gabios quoque. Talia fatus  
 Ense latus cingit, tergaque pressit equi,  
 Accipit ærata juvenem Collatia porta, 785  
 Condere jam vultus sole parante suos.  
 Hostis, ut hospes, in penetralia Collatini:  
 Comiter excipitur; sanguine junctus erat.  
 Quantum animis erroris inest! parat in scia rerum  
 Infelix epulas hostibus illa suis. 790  
 750 Functus erat dapibus: poscunt sua tempora somni.  
 Nox erat, et tota lumina nulla domo.  
 Surgit, et auratum vagina liberat ensem:  
 Et venit in thalamos, nupta pudica, tuos.  
 Utque torum pressit; Ferrum, Lucretia, mecum est: 795  
 755 Natus, ait, regis, Tarquiniusque vocor.  
 Illa nihil: neque enim vocem viresque loquendi,  
 Aut aliquid toto pectore mentis habet.

Sed tremit, ut quondam stabulis deprensa relictis,  
 Parva sub infesto cum jacet agna lupo. 800  
 Quid faciat? pugnet? vincetur femina pugna.  
 Clamet? at in dextra, qui necet, ensis adest.  
 Effugiat? positis urgentur pectora palmis,  
 Nunc primum externa pectora tacta manu.  
 Instat amans hostis precibus, pretioque, minisque : 805  
 Nec prece, nec pretio, nec movet ille minis.  
 Nil agis; eripiam, dixit, pro crimine vitam:  
 Falsus adulterii testis adulter erit.  
 Interimam famulum, cum quo deprensa fereris.  
 Succubuit famæ victa puella metu. 810  
 Quid victor gaudes? hæc te victoria perdet.  
 Heu quanto regnis nox stetit una tuis!  
 Jamque erat orta dies: passis sedet illa capillis,  
 Ut solet ad nati mater itura rogum.  
 Grandævumque patrem fido cum conjuge castris 815  
 Evocat: et posita venit uterque mora.  
 Utque vident habitum; quæ luctus causa, requirunt:  
 Cui paret exsequias, quove sit icta malo.  
 Illa diu reticet, pudibundaque celat amictu  
 Ora: fluunt lacrymæ more perennis aquæ. 820  
 Hinc pater, hinc conjux lacrymas solantur, et orant,  
 Indicet: et cæco flentque paventque metu.  
 Ter conata loqui; ter destitit: ausaque quarto,  
 Non oculos adeo sustulit illa suos.  
 Hoc quoque Tarquinio debemus? eloquar, inquit, 825  
 Eloquar infelix dedecus ipsa meum.  
 Quæque potest narrat. Restabant ultima; flevit,  
 Et matronales erubuere genæ.  
 Dant veniam facto genitor conjuxque coacto.  
 Quam, dixit, veniam vos datis, ipsa nego. 830  
 Nec mora: celato figit sua pectora ferro;  
 Et cadit in patrios sanguinolenta pedes.  
 Tunc quoque, jam moriens, ne non procumbat honeste  
 Respicit. Hæc etiam cura cadentis erat.  
 Ecce super corpus communia damna gementes, 835  
 Obliti decoris, virque paterque jacent.  
 Brutus adest; tandemque animo sua nomina fallit:  
 Fixaque scmanimi corpore tela rapit.  
 Stillantemque tenens generoso sanguine cuitrum,

[LIB:  
dictis, 800  
na.  
st.  
que : 805  
s.  
810  
is,  
ris 815  
quirunt :  
820  
orant,  
o,  
quit, 825  
evit,  
830  
honeste  
835  
llit :  
m,

II.]

FASTI.

45

Edidit impavidos ore minante sonos :  
Per tibi ego hunc juro fortem castumque cruorem,  
Perene tuos manes, qui mihi numen erunt ;  
Tarquinius pœnas profuga cum stirpe daturum.  
Jam satis est virtus dissimulata diu.  
Illa jacens ad verba oculos sine lumine movit ;  
Visaque concussa dicta probare coma.  
Fertur in exsequias animi matrona virilis,  
Et secum laeryinas invidiamque trahit.  
Vulnus inane patet. Brutus clamore Quirites  
Concitat, et regis facta nefanda refert. 850  
Tarquinius cum prole fugit. Capit annua consul  
Jura. Dies regnis illa suprema fuit.

Fallimur ? an veris prænuntia venit hirundo,  
Et metuit, ne qua versa recurrat hiems ?  
Sæpe tamen, Procne, nimium properasse quereris, 855  
Virque tuo Tereus frigore lætus erit.

Jamque duæ restant noctes de mense secundo,  
Marsque citos junctis curribus urget equos :  
Ex vero positum permansit Equiria nomen,  
Quæ deus in Campo prospicit ipse suo. 860  
Jure venis, Gradive ; locum tua tempora poscunt ;  
Signatusque tuo nomine mensis adest.  
Venimus in portum, libro cum mense peracto.  
Naviget hinc alia jam mihi linter aqua.

## LIBER TERTIUS.

BELLICE, depositis clypeo paulisper et hasta,  
Mars, ades, et nitidas casside solve comas.  
Forsitan ipse roges, quid sit cum Marte poetæ.  
A te, qui canitur, nomina mensis habet. 5  
Ipse vides manibus peragi fera bella Minervæ.  
Num minus ingenuis artibus illa vacat ?  
Palladis exemplo ponendæ tempora sume  
Cuspidis. Invenies et quod inermis agas.  
Tum quoque inermis eras; cum te Romana sacerdos 10  
Cepit, ut huic Urbi semina digna dares.  
Illa Vestalis (quid enim vetat inde moveri ?)  
Sacra lavaturas mane petebat aquas.  
Ventum erat ad molli declivem tramite ripam :  
Ponitur e summa fictilis urna coma.  
Fessa resedit humi, ventosque accepit aperto 15  
Pectore, turbatas restituitque comas.  
Dum sedet ; umbrosæ salices, volucresque canoræ  
Fecerunt somnos, et leve murmur aquæ.  
Blanda quies victis furtim subrepat ocellis,  
Et cadit a mento languida facta manus. 20  
Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupitam :  
Et sua divina furta fefellit ope.  
Somnus abit : jacet illa gravis. Jam scilicet intra  
Viscera, Romanæ conditor urbis, eras.  
Languida consurgit ; nec scit cur languida surgat : 25  
Et peragit tales arbore nixa sonos :  
Utile sit faustumque, precor, quod imagine somni  
Vidimus. An somno clarius illud erat ?  
Ignibus Iliacis aderam : cum lapsa capillis  
Decidit ante sacros lanea vitta focus. 30  
Inde duæ pariter, visu mirabile, palmæ  
Surgunt. Ex illis altera major erat :  
Et gravibus ramis totum protexerat orbem ;

Contigeratque nova sidera summa coma.  
 Ecce meus ferrum patruus molitur in illas. 35  
 Terreor admonitu ; corque timore micat.  
 Martia picus avis gemino pro stipite pugnant,  
 Et lupa. Tuta per hos utraque palma fuit.  
 Dixerat ; et plenam non firmis viribus urnam  
 Sustulit. Implerat, dum sua visa refert. 40  
 Interea crescente Remo, crescente Quirino,  
 Cœlesti tumidus pondere venter erat.  
 Quo minus emeritis exiret cursibus annus,  
 Restabant nitido jam duo signa deo.  
 Sylvia fit mater : Vestæ simulacra feruntur 45  
 Virgineas oculis opposuisse manus.  
 Ara deæ certe tremuit pariente ministra,  
 Et subiit cineres territa flamma suos.  
 Hæc ubi cognovit contemtor Amulius æqui,  
 (Nam raptas fratri victor habebat opes,) 50  
 Anne jubet mergi geminos. Scelus unda refugit.  
 In sicca pueri destituuntur humo.  
 Lacte quis infantes nescit crevisse ferino,  
 Et picum expositis sæpe tulisse cibos ?  
 Non ego te, tantæ nutrix Larentia gentis, 55  
 Nec taceam vestras, Faustule pauper, opes.  
 Vester honos veniet, cum Larentalia dicam :  
 Acceptus geniis illa December habet.  
 Martia ter senos proles adoleverat annos :  
 Et suberat flavæ jam nova barba comæ. 60  
 Omnibus agricolis armentorumque magistris  
 Iliadæ fratres jura petita dabant.  
 Sæpe domum veniunt prædonum sanguine læti,  
 Et redigunt actos in sua rura boves.  
 Ut genus audierunt, animos pater editus auget, 65  
 Et pudet in paucis nomen habere casis :  
 Romuleoque cadit trajectus Amulius ense :  
 Regnaque longævo restituantur avo.  
 Mœnia conduntur : quæ, quamvis parva fuerunt,  
 Non tamen expediit transiluisse Remo. 70  
 Jam, modo qua fuerant sylvæ, pecorumque recessus,  
 Urbs erat ; æternæ cum pater urbis ait :  
 Arbiter armorum, de cujus sanguine natus  
 Credor ; et ut credar, pignora certa dabo :

- A te principium Romano ducimus anno :  
 Primus de patrio nomine mensis eat.  
 Vox rata fit, patrioque vocat de nomine mensem.  
 Dicitur hæc pietas grata fuisse deo.  
 Et tamen ante omnes Martem coluere priores ;  
 Hoc dederat studiis bellica turba suis. 80  
 Pallada Cecropidæ, Minoia Creta Dianam,  
 Vulcanum tellus Hypsipylea colit :  
 Junonem Sparte, Pelopeiadesque Mycenæ :  
 Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.  
 Mars Latio venerandus erat, quia præsidet armis. 85  
 Arma feræ genti remque decusque dabant.  
 Quod si forte vacas, peregrinos inspice fastos ;  
 Mensis in his etiam nomine Martis erit.  
 Tertius Albanis, quintus fuit ille Faliscis :  
 Sextus apud populos, Hernica terra, tuos. 90  
 Inter Aricinos, Albanaque tempora constant,  
 Factaque Telegoni mœnia celsa manu.  
 Quintum Laurentes, bis quintum Æquicolus asper,  
 A tribus hunc primum turba Curensis habet.  
 Et tibi cum proavis, miles Peligne, Sabinis 95  
 Convenit : hic genti quartus utrique deus.  
 Romulus, hos omnes ut vinceret ordine saltem,  
 Sanguinis auctori tempora prima dedit.  
 Nec totidem veteres, quot nunc, habuere Kalendas.  
 Ille minor geminis mensibus annus erat. 100  
 Nondum tradideras victas victoribus artes,  
 Græcia, facundum sed male forte genus.  
 Qui bene pugnabat, Romanam noverat artem :  
 Mittere qui poterat pila, disertus erat.  
 Quis tunc aut Hyadas, aut Pleiadas Atlanteas 105  
 Senserat, aut geminos esse sub axe polos ?  
 Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur  
 Sidoniis, Helicen Graia carina notet ?  
 Signaque, quæ longo frater percenseat anno,  
 Ire per hæc uno mense sororis equos ? 110  
 Libera currebant, et inobservata per annum  
 Sidera : constabat sed tamen esse deos.  
 Non illi cælo labentia signa movebant,  
 Sed sua ; quæ magnum perdere erimen erat.  
 Illa quidem sæno : sed erat reverentia sæno, 115

Quantum nunc aquilas cernis habere tuas.  
 Pertica suspensos portabat longa maniplos :  
 Unde manipularis nomina miles habet.  
 Ergo animi indociles, et adhuc ratione carentes  
 Mensibus egerunt lustra minora decem. 120  
 Annus erat, decimum cum luna repleverat orbem.  
 Hic numerus magno tunc in honore fuit.  
 Seu quia tot digiti, per quos numerare solemus ;  
 Seu quia bis quino fœmina mense parit ;  
 Seu quod adusque decem numero crescente venit ; 125  
 Principium spatiis sumitur inde novis.  
 Inde pares centum denos secrevit in orbes  
 Romulus, hastatos instituitque decem.  
 Et totidem princeps, totidem pilanus, habebat  
 Corpora, legitimo quique merebat equo. 130  
 Quin etiam partes totidem Titiensibus idem,  
 Quosque vocant Ramnes, Luceribusque dedit.  
 Assuetos igitur numeros servavit in anno.  
 Hoc luget spatio fœmina mæsta virum.  
 Neu dubites, primæ fuerint quin ante Kalendæ 135  
 Martis ; ad hæc animum signa referre potes.  
 Laurea Flaminibus, quæ toto perstitit anno,  
 Tollitur, et frondes sunt in honore novæ.  
 Janua nunc regis posita viret arbore Phœbi :  
 Ante tuas fit idem, curia prisca, fores. 140  
 Vesta quoque ut folio niteat velata recenti,  
 Cedit ab Iliacis laurea cana focis.  
 Adde, quod arcana fieri novus ignis in æde  
 Dicitur, et vires flamma resecta capit.  
 Nec mihi parva fides, annos hinc isse priores, 145  
 Anna quod hoc cœpto est mense Perenna coli.  
 Hinc etiam veteres initi memorantur honores  
 Ad spatium belli, perfide Pœnc, tui.  
 Denique quintus ad hoc fuerat Quintilis : et inde  
 Incipit, a numero nomina quisquis habet. 150  
 Primus, oliviferis Romam deductus ab arvis,  
 Pompilius menses sensit abesse duos.  
 Sive hoc a Samio doctus, qui posse renasci  
 Nos putat ; Egeria sive monente sua.  
 Sed tamen errabant etiamnum tempora ; donec 155  
 Cæsaris in multis hæc quoque cura fuit.

- Non hæc ille deus tantæque propaginis auctor  
 Credidit officiis esse minora suis :  
 Promissumque sibi voluit prænoscere cælum ;  
 Nec deus ignotas hospes inire domos. 160  
 Ille moras solis, quibus in sua signa rediret,  
 Traditur exactis disposuisse notis.  
 Is decies senos terecentum et quinque diebus  
 Junxit, et o pleno tempora quarta die.  
 Hic anni modus est. In lustrum accedere debet, 165  
 Quæ consummatur partibus, una dies.
- Si licet occultos monitus audire deorum  
 Vatibus ; ut certe fama licere putat :  
 Cum sis officiis, Gradive, virilibus aptus,  
 Die mihi, matronæ cur tua festa colant. 170  
 Sic ego: sic posita dixit mihi casside Mavors,  
 Sed tamen in dextra missilis hasta fuit ;  
 Nunc primum studiis pacis, deus utilis armis,  
 Advocor, et gressus in nova castra fero.  
 Nec piget incepti. Juvat hæc quoque parte morari : 175  
 Hoc solam ne se posse Minerva putet.  
 Discæ, Latinorum vates operose dierum,  
 Quod petis : et memori pectore dicta nota.  
 Parva fuit, si prima velis elementa referre,  
 Roma ; sed in parva spes tamen hujus erat. 180  
 Mœnia jam stabant, populis augusta futuris,  
 Credita sed turbæ tunc nimis ampla suæ.  
 Quæ fuerit nostri, si quæris, regia nati ;  
 Adspice de canna straminibusque domum.  
 In stipula placidi carpebat munera somni : 185  
 Et tamen ex illo venit in astra toro.  
 Jamque loco majus nomen Romanus habebat :  
 Nec conjux illi, nec socer ullus erat.  
 Spernebant generos inopes vicinia dives :  
 Et male credebar sanguinis auctor ego. 190  
 In stabulis habitasse, boves pavisse, nocebat,  
 Jugeraque inculti pauca tenere soli.  
 Cum pare quæque suo coeunt volucresque feræque :  
 Atque aliquam, de qua procreet, anguis habet.  
 Extremis dantur connubia gentibus ; at, quæ 195  
 Romano vellet nubere, nulla fuit.

Indolui ; patriamque dedi tibi, Romule, mentem.  
 Tolle preces, dixi : quod petis, arma dabunt.  
 Festa para Conso : Consus tibi cetera dicet,  
 Illo facta die cum sua sacra canes. 200  
 Intumuerere Cures, et quos dolor attigit idem ;  
 Tum primum generis intulit arma socer.  
 Jamque fere raptæ matrum quoque nomen habebant :  
 Tractaque erant longa bella propinqua mora.  
 Conveniunt uuptæ dictam Junonis in ædem : 205  
 Quas inter mea sic est nurus orsa loqui :  
 O pariter raptæ, quoniam hoc commune tenemus,  
 Non ultra lente possumus esse piæ.  
 Stant acies ; sed utra dî sint pro parte rogandi,  
 Eligite. Hinc conjux, hinc pater arma tenent. 210  
 Quærendum, viduæ fieri malimus, an orbæ.  
 Consilium vobis forte piunq̄ue dabo.  
 Consilium dederat. Parent, crinemque resolvunt,  
 Mæstaque funerea corpora veste tegunt.  
 Jam stabant acies ferro mortique paratæ ; 215  
 Jam lituus pugnæ signa daturus erat :  
 Cum raptæ veniunt inter patresque virosque ;  
 Inque sinu natos pignora cara ferunt.  
 Ut medium campi passis tetigere capillis ; 220  
 In terram posito procubuere genu.  
 Et, quasi sentirent, blando clamore nepotes  
 Tendebant ad avos brachia parva suos.  
 Qui poterat, clamabat avum, tum denique visum ;  
 Et qui vix poterat, posse coæctus erat.  
 Tela viris animusque cadunt ; gladiisque remotis 225  
 Dant soceri generis, accipiuntque, manus.  
 Laudatasque tenent natas : scutoque nepotem  
 Fert avus : hic scuti dulcior usus erat.  
 Inde diem, quæ prima, meas celebrare Kalendas  
 Cæbalides matres non leve munus habent. 230  
 An quia, committi strictis mucronibus ausæ,  
 Finierant lacrymis Martia bella suis ?  
 Vel, quod erat de me feliciter Ilia mater,  
 Rite colunt matres sacra, diemque meum ?  
 Quid ? quod hiems, adoperta gelu, nunc denique cedit ;  
 Et pereunt victæ sole tepente nives. 235  
 Arboribus redeunt detonsæ frigore frondes ;

- Uvidaque e tenero palmite gemma tumet.  
 Quæque diu latuit, nunc, se qua tollat in auras,  
 Fertilis occultas invenit herba vias. 240
- Nunc fecundus ager : pecoris nunc hora creandi :  
 Nunc avis in ramo tecta laremque parat.  
 Tempora jure colunt Latiae fecunda parentes,  
 Quarum militiam vota que partus habet.  
 Adde, quod excubias regi Romanus agebat, 245  
 Qui nunc Esquilias nomina collis habet,  
 Illic a nuribus Junoni templa Latinis  
 Hac sunt, si memini, publica facta die.  
 Quid moror, et variis onero tua pectora causis ?  
 Eminet ante oculos, quod petis, ecce tuos. 250
- Mater amat nuptas : matris me turba frequentant.  
 Hæc nos præcipue tam pia causa decet.  
 Ferte deæ flores : gaudet florentibus herbis  
 Hæc dea : de tenero cingite flore caput.  
 Dicite, Tu lucem nobis, Lucina, dedisti ; 255  
 Dicite, Tu voto parturientis ades.  
 Si qua tamen gravida est, resoluta crine precetur,  
 Ut solvat partus molliter illa suos.
- Quis mihi nunc dicet, quare cœlestia Martis  
 Arma ferant Salii, Mamuriumque canant ? 260  
 Nympha, mone, nemori stagnoque operata Dianæ ;  
 Nympha, Numæ conjux, ad tua facta veni.  
 Vallis Aricinæ sylvæ præinctus opaca  
 Est lacus, antiqua religione sacer.  
 Hic latet Hippolytus furiis distractus equorum : 265  
 Unde nemus nullis illud initur equis.  
 Licia dependent, longas velantia sepes,  
 Et posita est meritæ multa tabella deæ.  
 Sæpe potens voti, frontem redimita coronis,  
 Fœmina lucentes portat ab urbe faces. 270
- Regna tenent fortesque manu, pedibusque fugaces :  
 Et perit exemplo postmodo quisque suo.  
 Desluit incerto lapidosus murmure rivus :  
 Sæpe, sed exiguis haustibus, inde bibi.  
 Egeria est, quæ præbet aquas, dea grata Camœnis. 275  
 Illa Numæ conjux consiliumque fuit.  
 Principio nimium promptos ad bella Quirites

- Molliri placuit jure, deûmque metu.  
 Inde datæ leges, ne firnior omnia posset :  
 240 Coeptaque sunt pure tradita sacra coli. 280  
 Exiit feritas, armisque potentius æquum est :  
 Et cum cive pudet conseruisse manus.  
 Atque aliquis, modo trux, visa jam vertitur ara ;  
 Vinaque dat tepidis salsaque farra focis.  
 245 Ecce deûm genitor rutilas per nubila flammæ 285  
 Spargit, et effusis æthera siccat aquis.  
 Non alias missi cecidere frequentius ignes.  
 Rex pavet ; et vulgi pectora terror habet.  
 Cui dea, Ne nimium terrere : piabile fulmen  
 250 Est, ait, et sævi flectitur ira Jovis. 290  
 Sed poterunt ritum Piceus Faunusque piandi  
 Prodere, Romani numen uterque soli.  
 Nec sine vi tradent. Adhibeto vincula captis.  
 Atque ita, qua possint, erudit, arte capi.  
 255 Lucus Aventino suberat niger ilicis umbra, 295  
 Quo posses viso dicere, Numen inest.  
 In medio gramen, muscoque adoperta virenti  
 Manabat saxo vena perennis aquæ.  
 Inde fere soli Faunus Piceusque bibebant.  
 260 Huc venit, et fonti rex Numa mactat ovem ; 300  
 Plenaque odorati disponit pocula Bacchi ;  
 Cumque suis antro conditus ipse latet.  
 Ad solitos veniunt sylvestria numina fontes,  
 Et relevant multo pectora sicca mero.  
 265 Vina quies sequitur : gelido Numa prodit ab antro, 305  
 Vinclaque sopitas addit in arcta manus.  
 Somnus ut abscessit, tentando vincula pugnant  
 Rumpere : pugnant fortius illa tenent.  
 Tum Numa : Di nemorum, factis ignoscite nostris,  
 270 Si scelus ingenio scitis abesse meo : 310  
 Quoque modo possit fulmen, monstrate, piari.  
 Sic Numa ; sic quatiens cornua Faunus ait :  
 Magna petis, nec quæ monitu tibi discere nostro  
 Fas sit. Habent fines numina nostra suos.  
 275 Di sumus agrestes, et qui dominemur in altis 315  
 Montibus. Arbitrium est in sua tela Jovi.  
 Hunc tu non poteris per te deducere cælo :  
 At poteris nostra forsitan usus ope.

- Dixerat hæc Faunus : par est sententia Pici.  
 Deme tamen nobis vineula, Picus ait. 320  
 Jupiter huc veniet, valida deductus ab arce.  
 Nubila promissi Styx mihi testis erit.  
 Emissi quid agant laqueis, quæ carmina dicant,  
 Quaque trahant superis sedibus arte Jovem ;  
 Scire nefas homini. Nobis concessa canentur, 325  
 Quæque pio dici vatis ab ore licet.  
 Eliciant cœlo te, Jupiter : unde minores  
 Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.  
 Constat Aventinæ tremuisse cacumina sylvæ,  
 Terraque subsedit pondere pressa Jovis. 230  
 Corda micant regis, totoque e pectore sanguis  
 Fugit, et hirsutæ diriguere comæ.  
 Ut rediit animus, Da certa piamina, dixit,  
 Fulminis, altorum rexque paterque deûm ;  
 Si tua contigimus manibus donaria puris ; 335  
 Hoc quoque, quod petitur, si pia lingua rogat.  
 Annuit oranti : sed verum ambage remota  
 Abdidit, et dubio terruit ore virum.  
 Cæde caput, dixit. Cui rex, Parebimus, inquit :  
 Cædenda est hortis eruta cepa meis. 340  
 Addidit hic, Hominis : summos, ait ille, capillos.  
 Postulat hic animam : cui Numa, Piscis, ait.  
 Risit ; et, his, inquit, facito mea tela procures,  
 O vir colloquio non abigende deûm !  
 Sed tibi, protulerit cum totum crastinus orbem 345  
 Cynthus, imperii pignora certa dabo.  
 Dixit, et ingenti tonitru super æthera motum  
 Fertur, adorantem destituitque Numam.  
 Ille redit lætus, memoratque Quiritibus acta.  
 Tarda venit dictis difficilisque fides. 350  
 At certe credemur, ait, si verba sequatur  
 Exitus. En audi crastina, quisquis ades.  
 Protulerit terris cum totum Cynthus orbem,  
 Jupiter imperii pignora certa dabit.  
 Discidunt dubii, promissaque tarda videntur : 355  
 Dependetque fides a veniente-die.  
 Mollis erat tellus, rorataque mane pruina ;  
 Ante sui populus limina regis adest.  
 Prodit, et in solio medius consedit acerno.

- Innumeri circa stantque silentque viri. 360  
 Ortus erat summo tantummodo margine Phœbus :  
 Sollicitæ mentes speque metuque pavent.  
 Constitit, atque caput niveo velatus amictu  
 Jam bene dis notas sustulit ille manus.  
 Atque ita, Tempus adest promissi muneris, inquit. 365  
 Pollicitam dictis, Jupiter, adde fidem.  
 Dum loquitur, totum jam sol emererat orbem,  
 Et gravis ætherio venit ab axe fragor.  
 Ter tonuit sinè nube deus, tria fulgura misit.  
 Credite dicenti ; mira, sed acta loquor. 370  
 A media cælum regione dehiscere cœpit :  
 Submisere oculos cum duce turba suos.  
 Ecce levi scutum versatum leniter aura  
 Decidit. A populo clamor ad astra venit.  
 Tollit humo munus, cæsa prius ille juvenca, 375  
 Quæ dederat nulli colla premenda jugo.  
 Idque ancile vocat, quod ad omni parte recisum est ;  
 Quaque notes oculis, angulus omnis abest.  
 Tum, memor imperii sortem consistere in illo,  
 Consilium multæ calliditatis init. 380  
 Plura jubet fieri simili cælata figura,  
 Error ut ante oculos insidiantis eat.  
 Mamurius, morum fabræne exactior artis,  
 Difficile est ulli dicere, clausit opus.  
 Cui Numa munificus, Facti pete præmia, dixit : 385  
 Si mea nota fides, irrita nulla petes.  
 Jam dederat Saliis (a saltu nomina ducunt)  
 Armaque, et ad certos verba canenda modos.  
 Tum sic Mamurius : Merces mihi gloria detur,  
 Nominaque extremo carmine nostra sonent. 390  
 Inde sacerdotes operi promissa vetusto  
 Præmia persolvunt, Mamuriumque vocant.  
 Nubere si qua voles, quamvis properabitis ambo,  
 Differ : habent parvæ commoda magna moræ.  
 Arma movent pugnam, pugna est aliena maritis. 395  
 Conditæ cum fuerint, aptius omen erit.  
 His etiam conjux apicati cincta Dialis  
 Lucibus impexas debet habere comas.  
 Tertia nox emersa suos ubi moerit ignes,  
 Conditus e geminis Piscibus alter erit. 400

- Nam duo sunt : Austris hic est, Aquilonibus ille  
 Proximus. A vento nomen uterque tenet.  
 Cum croceis rorare genis Tithonia conjux  
 Cæperit, et quintæ tempora lucis aget ;  
 Sive est Aretophylax, sive est piger ille Bootes ; 405  
 Mergetur, visus effugietque tuos.  
 At non effugiet Vindemitor. Hoc quoque causam  
 Unde trahat sidus, parva docere mora est.  
 Ampelon intonsum Satyris Nymphaque creatum  
 Fertur in Ismariis Bacchus amasse jugis. 410  
 Tradidit huic vitem pendentem frondibus ulmi ;  
 Quæ nunc de pueri nomine nomen habet.  
 Dum legit in ramo pietas temerarius uvas,  
 Decidit : amissum Liber in astra venit.
- Sextus ubi Oceano clivosum scandit Olympum 415  
 Phœbus, et alatis æthera carpit equis ;  
 Quisquis ades, canæque colis penetralia Vestæ,  
 Cratera Iliacis thuraque pone focis.  
 Caesaris innumeris, quem maluit ille mæri,  
 Accessit titulis pontificalis honos. 420  
 Ignibus æternis æterni numina præsumt  
 Cæsaris. Imperii pignora juncta vides.  
 De veteris Trojæ dignissima præda favilla,  
 Qua gravis Æneas tutus ab hoste fuit ;  
 Ortus ab Ænea tangit cognata sacerdos 425  
 Numiua ; cognatum, Vesta, tuere caput.  
 Quos sancta fovet ille manu, bene vivitis ignes.  
 Vivite inextincti, flammaque duxque, precor.
- Una nota est Martis Nonis : sacrata quod illis  
 Templâ putant lucos Vejovis ante duos. 430  
 Romulus ut saxo lucum circumdedit alto,  
 Quilibet, huc, inquit, confuge ; tutus eris.  
 O quam de tenui Romanus origine crevit !  
 Turba vetus quam non invidiosa fuit !  
 Ne tamen ignaro novitas tibi nominis obstet, 435  
 Discæ quis iste deus, curve vocetur ita.  
 Jupiter est juvenis : juveniles adspice vultus :  
 Adspice deinde manum : fulmina nulla tenet.  
 Fulmina, post ausos cælum affectare gigantas,

- Sumta Jovi ; primo tempore inermis erat. 440  
 Ignibus Ossa novis, et Pelion altior Ossa  
 Arsit, et in solida fixus Olympus humo.  
 Stat quoque capra simul : Nymphæ pavisse feruntur  
 Cretides : infanti lac dedit illa Jovi.  
 Nunc vocor ad nomen. Vegrandia farra coloni, 445  
 Quæ male creverunt, vescaque parva vocant.  
 Vis ea si verbi est ; cur non ego Vejovis ædem,  
 Ædem non magni suspicer esse Jovis ?  
 Jamque, ubi cæruleum variabunt sidera cælum,  
 Suspice : Gorgonei colla videbis equi. 450  
 Creditur hic cæsæ gravida cervice Medusæ  
 Sanguine respersis prosiluisse jubis.  
 Huic supra nubes et subter sidera lapso  
 Cælum pro terra, pro pede penna fuit.  
 Jamque indignanti nova frena receperat ore, 455  
 Cum levis Aonias ungula fodit aquas.  
 Nunc fruitur cælo, quod pennis ante petebat :  
 Et nitidus stellis quinque decemque micat.
- Protinus adspicies venienti nocte Coronam  
 Gnosside. Theseo crimine facta dea est. 460  
 Jam bene perjuro mutarat conjuge Bacchum,  
 Quæ dedit ingrato fila legenda viro.  
 Sorte tori gaudens, Quid flebam rustica ? dixit,  
 Utiliter nobis perfidus ille fuit. 465  
 Interea Liber depexus crinibus Indos  
 Vincit, et Eoo dives ab orbe venit.  
 Inter captivas facie præstante puellas  
 Grata nimis Baccho filia regis erat.  
 Flebat amans conjux, spatiatæque littore curvo  
 Edidit incultis talia verba comis : 470  
 En iterum similes, fluctus, audite querelas !  
 En iterum lacrymas accipe, arena, meas !  
 Dicebam, memini, perjure et perfide Theseu !  
 Ille abiit : eadem crimina Bacchus habet.  
 Nunc quoque, nulla viro, clamabo, fœmina credat. 475  
 Nomine mutato causa relata mea est.  
 O utinam mea sors, qua primum cæperat, isset !  
 Jamque ego præsentis tempore nulla forem !  
 Quid me desertis perituram, Liber, arenis

- Servabas? potui dedoluisse semel. 480  
 Bacche levis, leviorque tuis, quæ tempora cingunt,  
 Frondibus; in lacrymas coguite Bacche meas;  
 Ausus es ante oculos adducta pellice nostros.  
 Tam bene compositum sollicitare torum?  
 Heu ubi pacta fides? ubi, quæ jurare solebas? 485  
 Me miseram, quoties hæc ego verba loquor!  
 Thesea culpabas, fallacemque ipse vocabas:  
 Judicio peccas turpius ipse tuo.  
 Ne sciat hoc quisquam, tacitisque doloribus urar:  
 Ne toties falli digna fuisse puter. 490  
 Præcipue cupiam celari Thesea; ne te  
 Consortem culpæ gaudeat esse suæ.  
 At, puto, præposita est nunc mihi candida pellex.  
 Eveniat nostris hostibus ille color!  
 Quid tamen hoc refert, vitio tibi gratior ipso est. 495  
 Quid facis? amplexus inquinat illa tuos.  
 Bacche, fidem præstæ; nec præfer amoribus ullam  
 Conjugis assuetæ semper amare virum.  
 Ceperunt matrem formosi cornua tauri;  
 Me tua: at hic laudi est, ille pudendus amor. 500  
 Ne noceat, quod amo: neque enim tibi, Bacche, nocebat,  
 Quod flammæ nobis fassus es ipse tuas.  
 Nec, quod nos uris, mirum facis. Ortus in igne  
 Diccris, et patria raptus ab igne manu.  
 Illa ego sum, cui tu solitus promittere cælum. 505  
 Heu mihi, pro cælo qualia dona fero!  
 Dixerat: audibat jamdudum verba querentis  
 Liber, ut a tergo forte secutus erat.  
 Occupat amplexu, lacrymasque per oscula siccat:  
 Et, Pariter cæli summa petamus, ait. 510  
 Tu mihi juncta toro, mihi juncta vocabula sumes:  
 Jam tibi mutatæ Libera nomen erit.  
 Sintque tuæ tecum faciam monumenta coronæ,  
 Vulcanus Veneri quam dedit, illi tibi.  
 Dicta facit, gemmasque novem transformat in ignes. 515  
 Aurea per stellas nunc micat illa novem.
- Sex ubi sustulerit, totidem demerserit orbes,  
 Purpureum rapido qui vehit axe diem;  
 Altera gramineo spectabis Equiria campo,

- 480      Quem Tiberis curvis in latus urget aquis.      520  
 Qui tamen ejecta si forte tenebitur unda,  
     Cælius accipiet pulverulentus equos.
- 485      Idibus est Annæ festum geniale Perennæ,  
     Haud procul a ripis, advena Tibri, tuis.  
 Plebs venit, ac virides passim disjecta per herbas      525  
     Potat, et accumbit cum pare quisque sua.  
 Sub Jove pars durat : pauci tentoria ponunt :  
     Sunt, quibus e ramis frondea facta casa est :  
 490      Pars ibi pro rigidis calamos statuere columnis,  
     Desuper extentas imposuere togas.      530  
 Sole tamen vinoque calent : annosque precantur,  
     Quot sumant cyathos, ad numerumque bibunt.  
 Invenies illic, qui Nestoris ebibat annos ;  
     Quæ sit per calices facta Sibylla suos.  
 495      Illic et cantant, quicquid didicere theatris :      535  
     Et jaçant faciles ad sua verba manus :  
 Et ducunt posito duras cratera choreas,  
     Cultaque diffusis saltat amica comis.  
 500      Cum redeunt, titubant ; et sunt spectacula vulgo :  
     Et fortunatos obvia turba vocant.      540  
 Occurri nuper ; visa est mihi digna relatu  
     Pompa : senem potum mihi trahebat anus.  
 Quæ tamen hæc dea sit, quoniam rumoribus errant,  
     Fabula proposito nulla tacenda meo.  
 505      Arserat Æneæ Dido miserabilis igne :      545  
     Arserat exstructis in sua fata rogis.  
 Compositusque cinis, tumulique in marmore carmen  
     Hoc breve, quod moriens ipsa reliquit, erat :  
 510      Præbuit Æneas et causam mortis et ense :  
     Ipsa sua Dido concidit usa manu.      550  
 Protinus invadunt Numidæ sine vindice regnum ;  
     Et potitur capta Maurus Iarba domo.  
 Sequæ memor spretum, Thalamis tamen, inquit, Elissæ,  
     En ego, quem toties repulit illa, fruor.  
 515      Diffugiunt Tyrii, quo quemque agit error, ut olim      555  
     Amisso dubiæ rege vagantur apes.  
 Tertia nudandas acceperat arca messes,  
     Inque cavos ierant tertia musta lacus ;  
 Pellitur Anna domo : lacrymansque sororia linquit

Mœnia. Germanæ justa dat ante suæ. 560  
 Mista bibunt molles lacrymis unguenta favillæ ;  
 Vertice libatas accipiuntque comas.  
 Terque, Vale, dixit : cineres ter ad ora relatos  
 Pressit, et est illis visa subesse soror.  
 Nacta ratem comitemque fugæ pede labitur æquo, 565  
 Mœnia respiciens, dulces sororis opus.  
 Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ  
 Insula, quam Libyci verberat unda freti.  
 Hanc petit, hospitio regis confisa vetusto ;  
 Hospes opum dives rex ibi Battus erat. 570  
 Qui postquam didicit casus utriusque sororis,  
 Hæc, inquit, tellus quantulacunque tua est.  
 Et tamen hospitii servasset ad ultima munus ;  
 Sed timuit magnas Pygmalionis opes.  
 Signa recensuerat bis sol sua : tertius ibat 575  
 Annus, et exsilibus terra petenda nova est.  
 Frater adest, belloque petit. Rex arma perosus,  
 Nos sumus imbelles, tu fuge sospes, ait.  
 Jussa fugit ; ventoque ratem committit et undis.  
 Asperior quovis æquore frater erat. 580  
 Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes  
 Parvus ager : Cameren incola turba vocant.  
 Illuc cursus erat. Nee longius abfuit inde,  
 Quam quantum novies mittere funda potest.  
 Vela cadunt primo, et dubia librantur ab aura. 585  
 Findite remigio, navita dixit, aquas.  
 Dumque parant torto subducere carbasa lino,  
 Percutitur rapido puppis adunca Noto :  
 Inque patens æquor, frustra pugnante magistro,  
 Fertur : et ex oculis visa refugit humus. 590  
 Adsiliunt fluctus, imoque a gurgite pontus  
 Vertitur, et canas alveus haurit aquas.  
 Vincitur ars vento : nec jam moderator habenis  
 Utitur, at votis is quoque poscit opem.  
 Jactatur tumidas exsul Phœnissa per undas, 595  
 Humidaque opposita lumina veste tegit.  
 Tum primum Dido felix est dicta sorori,  
 Et quæcunque aliquam corpore pressit humum.  
 Figitur ad Laurens ingenti flamme littus  
 Puppis : et, expositis omnibus, hausta perit. 600

Jam p  
 Au  
 Littor  
 Sec  
 Adspi  
 Ess  
 Dum  
 Ad  
 Quo f  
 Ant  
 Sensit,  
 Flet  
 Anna,  
 Tell  
 Perque  
 Sæp  
 Nec tir  
 Hen  
 Ne ref  
 Vuln  
 At tu,  
 Sive  
 Multa t  
 Nom  
 Talia d  
 Cred  
 Utque  
 Incip  
 Hanc ti  
 Est n  
 Orta Ty  
 Quan  
 Omnia p  
 Ment  
 Donaqu  
 Multa  
 Non tam  
 Et pa  
 Nox erat  
 Squal  
 Et, Fug

560

Jam pius Æneas regno nataque Latini  
Auctus erat, populos miseratque duos.

Littore dotali, solo comitatus Achate,

Secretum nudo dum pede carpit iter ;

Adspicit errantem, nec credere sustinet Annam 605

Esse. Quid in Latios illa veniret agros ?

Dum secum Æneas : Anna est, exclamat Achates.

Ad nomen vultus sustulit illa suos.

Quo fugiat ? quid agat ? quos terræ quærat hiatus ?

570

Aute oculos miseræ fata sororis erant. 610

Sensit, et alloquitur trepidam Cythereius heros :

Flet tamen admonitu mortis, Elissa, tuæ.

Anna, per hanc juro, quam quondam audire solebas

Tellurem fato prosperiore dari ;

575

Perque deos comites, hac nuper sede locatos ; 615

Sæpe meas illos inrepuisse moras.

Nec timui de morte tamen : metus abfuit iste.

Heu mihi ! credibili fortior illa fuit.

Ne refer. Adspexi non illo pectore digna

580

Vulnera, Tartareas ausus adire domos. 620

At tu, seu ratio te nostris appulit oris,

Sive deus ; regni commoda carpe mei.

Multa tibi memores, nil non debemus Elissæ.

Nomine grata tuo, grata sororis, eris.

585

Talia dicenti, neque enim spes altera restat, 625

Credidit, errores exposuitque suos.

Utque domum intravit Tyrios induta paratus,

Incipit Æneas ; cætera turba silet :

Hanc tibi cur tradam, pia causa, Lavinia conjux,

590

Est mihi : consumsi naufragus hujus opes. 630

Orta Tyro, regnum Libya possedit in ora :

Quam precor ut caræ more sororis ames.

Omnia promittit, falsumque Lavinia vulnus

Mente premit tacita, dissimulatque fremens.

595

Donaque eum videat præter sua lumina ferri 635

Multa palam ; mitti clam quoque multa putat.

Non tamen exactum, quid agat. Furialiter odit,

Et parat insidias, et eupit ulta mori.

Nox erat : ante torum visa est adstare sororis

600

Squalenti Dido sanguinolenta coma ; 640

Et, Fuge, ne dubita, mæstum fuge, dicere, tectum.

- Sub verbum querulas impulit aura fores.  
 Exsilit; et velox humili super arva fenestra  
 Se jacit. Audacem fecerat ipse timor.
- Quaque metu rapitur, tunica velata recincta 645  
 Currit, ut auditis territa dama lupis.  
 Corniger hanc cupidis rapuisse Numicius undis  
 Creditur, et stagnis ocelluisse suis.  
 Sidonis interea magno clamore per agros  
 Queritur. Apparent signa notæque pedum. 650  
 Ventum erat ad ripas: inerant vestigia ripis.  
 Sustinuit tacitas conscius annis aquas.  
 Ipsa loqui visa est, Placidî sum Nympha Numici:  
 Anne perenne latens Anna Perenna vocor. 655  
 Protinus erratis, læti veseuntur in agris,  
 Et celebrant largo seque diemque mero.  
 Sunt quibus hæc Luna est, quia mensibus impleat an-  
 num:
- Pars Themiu, Inachiam pars putat esse bovem.  
 Invenies, qui te Nymphen Atlantida dicant,  
 Teque Jovi primos, Anna, dedisse cibos. 660  
 Hæc quoque, quam referam, nostras pervenit ad auras  
 Fama: nec a vera dissidet illa fide.  
 Plebs vetus, et nullis etiamnum tuta tribunis,  
 Fugit, et in Sacri vertice montis abit.
- Jam quoque, quem secum tulerant, defecerat illos 665  
 Vietus, et humanis usibus apta Ceres.  
 Orta suburbanis quadam fuit Anna Bovillis,  
 Pauper, sed multæ sedulitatis anus.  
 Illa, levi mitra canos redimita capillos,  
 Fingebat tremula rustica liba manu; 670  
 Atque ita per populum fumantia mane solebat  
 Dividere. Hæc populo copia grata fuit.  
 Pace demi facta signum posuere Perennæ,  
 Quod sibi defectis illa tulisset opem.
- Nane mihi, cur cantent, superest, obscæna puellæ, 675  
 Dicere: nam cocunt, certaque probra canunt.  
 Nuper erat dea facta; venit Gradivus ad Annam,  
 Et cum seducta talia verba facit:
- Mense meo coleris; junxi mea tempora tecum:  
 Pendet ab officio spes mihi magna tuo. 680  
 Armifer armiferæ correptus amore Minervæ

- Uror, et hoc longo tempore vulnus alo.  
 Effice, di studio similes cocamus in unum.  
 Conveniunt partes hæ tibi, cemis anus.
- 645 Dixerat. Illa deum promisso iudit inani,  
 Et stultam dubia spem trahit usque mora.  
 Sapius instanti, Mandata peregrinus, inquit ;  
 Evicta est precibus : vix dedit illa manus.  
 Gaudet amans, thalamosque parat. Deducitur illuc  
 Anna tegens vultus, ut nova nupta, suos. 690  
 Oscula sunturus subito Mars adspicit Annam ;  
 Nunc pudor elusum, nunc subit ira deum.  
 Ridet amatorem caræ nova diva Minervæ :  
 Nec res hac Veneri gratior ulla fuit.
- 655 Inde joci veteres obscænaque dicta canuntur : 695  
 Et juvat hanc magno verba dedisse deo.  
 Præteriturus eram gladios in principe fixos ;  
 Cum sic a castis Vesta locuta focis :  
 Ne dubita meminisse : meus fuit ille sacerdos.  
 Sacrilegæ telis me petiere manus. 700  
 Ipsa virum rapui, simulacraque nuda reliqui.  
 Quæ cecidit ferro, Cæsaris umbra fuit.  
 Ille quidem cælo positus Jovis atria servat,  
 Et tenet in magno templa dicata Foro.
- At quicumque nefas ausi, prohibente deorum 705  
 Numine, polluerant pontificale caput ;  
 Morte jacent merita. Testes estote Philippi,  
 Et quorum sparsis ossibus albet humus.  
 Hoc opus, hæc pietas, hæc prima elementa fuerunt  
 Cæsaris, ulcisci justa per arma patrem. 710
- 670 Postera cum teneras Aurora refecerit herbas,  
 Scorprios a prima parte videndus erit.
- Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho.  
 Bacche, fave vati, dum tua festa cano.
- 675 Nec referam Semelen, ad quam nisi fulmina secum 715  
 Jupiter adferret, parvus inermis erat :  
 Nec puer ut posses maturo tempore nasci,  
 Expletum patrio corpore matris onus.  
 Sithonas, et Scythicos longum enumerare triumphos,  
 Et domitas gentes, thurifer Inde, tuas : 720

- Tu quoque Thebanæ mala præda tacere matris :  
 Inque tuum Furiis acte, Lyeurge, genu.  
 Ecce libet subitos pisces, Tyrrhenaque monstra  
 Dicere ; sed non est carminis hujus opus.  
 Carminis hujus opus, causas expromere, quare 725  
 Vilis anus populos ad sua liba vocet.  
 Ante tuos ortus aræ sine honore fuerunt,  
 Liber, et in gelidis herba reperta focis.  
 Te memorant, Gange totoque Oriente subacto,  
 Primitias magno seposuisse Jovi. 730  
 Cinnama tu primus captivaque thura dedisti,  
 Deque triumphato viscera tosta bove.  
 Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen,  
 Libaque, quod sacris pars datur inde focis.  
 Liba deo fiunt : succis quia dulcibus illo 735  
 Gandet, et a Baccho mella reperta ferunt.  
 Ibat arenoso Satyris conitatus ab Hebro :  
 (Non habet ingratos fabula nostra jocos :)  
 Jamque erat ad Rhodopen, Pangæaque florida ventum :  
 Ariferæ comitum conerepuere manus. 740  
 Ecce novæ cocuunt volucres timuitibus actæ :  
 Quaque movent sonitus æra, sequuntur apes.  
 Colligit errantes, et in arbore claudit inani  
 Liber : et inventi præmia mellis habet.  
 Ut Satyri lævisque senex tetigere saporem, 745  
 Quærebant flavos per nemus omne favos.  
 Audit in exesa stridorem examinis ulmo,  
 Adspicit et ceras, dissimulatque senex.  
 Utque piger pandi tergo residebat aselli ;  
 Applicat hunc ulmo corticibusque cavis. 750  
 Constitit ipse super ramoso stipite nixus,  
 Atque avide trunco condita mella petit.  
 Millia crabronum cecant ; et vertice nudo  
 Spicula defigunt, oraque summa notant.  
 Ille cadit præceps, et calce feritur aselli : 755  
 Inelamatque suos, auxiliumque rogat.  
 Concurreunt Satyri, turgentiaque ora parentis  
 Rident. Percusso claudicat ille genu.  
 Ridet et ipse deus, limumque inducere monstrat.  
 Hic paret monitis, et limit ora luto. 760  
 Melle pater fruitur : liboque infusa calenti

is :

Jure repertori candida mella damus.

Fœmina cur præstet, non est rationis opertæ.

Fœmīnos thyrsō concitat ille choros.

Cur anus hoc faciat, quæris; vinosior ætas 765

725

Hæc est, et gravidæ munera vitis amans.

Cur hedera cincta est? hedera est gratissima Baccho.

Hoc quoque cur ita sit, dicere nulla mora est,

Nysiades Nymphæ, puerum quærente noverca,

Hanc frondem cunis opposuere novis. 770

730

Restat, ut inveniam, quare toga libera detur

Lucifero pueris, candide Bacche, tuo.

Sive quod ipse puer semper, juvenisque videris;

Et media est ætas inter utrumque tibi;

Seu quia tu pater es, patres, sua pignora, natos 775

735

Commendant euræ numinibus tuis.

Sive, quod es Liber, vestis quoque libera per te

Sumitur, et vitæ liberioris iter.

An quia, cum prisce colerent studiosius agros,

Et patrio faceret rure senator opus; 780

entum :

740

Et caperet fasces a curvo consul aratro,

Nec crimen duras habere manus :

Rusticus ad ludos populus veniebat in Urbem?

Sed dis, non studiis ille dabatur honos.

Luce sua ludos uvæ commentor habebat : 785

745

Quos cum tædiferæ nunc habet ipse dea.

Ergo, ut tironem celebrare frequentia posset,

Visa dies dandæ non aliena togæ.

Mite, pater, caput hæc placataque cornua vertas,

Et des ingenio vela secunda meo. 790

750

Itur ad Argeos (qui sint, sua pagina dicet)

Hæc, si commenini, præteritaque die.

Stella Lycaoniam vergit proclivis ad Arcton

Mittas. Hæc illa nocte videnda venit.

Quid dederit volueri, si vis cognoscere, cælum ; 795

755

Saturnus regnis ab Jove pulsus erat.

Concitat iratus validos Titanas in arma,

Quæque fuit fatis debita, poscit opem.

Matre satus Terra, monstrum mirabile, taurus

Parte sui serpens posteriore fuit. 800

760

Hunc triplici muro lucis incluserat atris

Parcarum monitu Styx violenta triam.

- Viscera qui tauri flammis adolenda dedisset,  
Sors erat, æternos vincere posse deos.  
Immolat hunc Briareus facta ex adamante securi : 805  
Et jam jam flammis exta daturus erat.  
Jupiter alitibus rapere imperat. Attulit illi  
Miluus : et meritis venit in astra suis.
- Una dies media est, et fiunt sacra Minervæ ;  
Nominaque a junctis quinque diebus habent. 810  
Sanguine prima vacat : nec fas concurrere ferro.  
Causa, quod est illa nata Minerva die.  
Altera, tresque super strata celebrantur arena.  
Ensis exsertis bellica læta dea est.  
Pallada nunc pueri, teneræque ornate puellæ. 815  
Qui bene placuit Pallada, doctus erit.  
Pallade placata, lanam mollire puellæ  
Discant, et plenas exonerare colos.  
Illa etiam stantes radio percurrere telas  
Erudit, et rarum pectine denset opus. 820  
Hanc eole, qui maculas læsis de vestibis auferis :  
Hanc eole, velleribus quisquis ahena paras.  
Nec quisquam invita faciet bene vineula plantæ  
Pallade ; sit Tychio doctior ille licet.  
Et licet antiquo manibus collatus Epeo 825  
Sit prior ; irata Pallade mancus erit.  
Vos quoque, Phœbea morbos qui pellitis arte,  
Munera de vestris pauca referte deæ.  
Nec vos turba deam, censu fraudata, magistri  
Spernite : discipulos attrahet illa novos. 830  
Quique moves cælum, tabulamque coloribus uris ;  
Quique facis docta mollia saxa manu.  
Mille dea est operum ; certe dea carminis illa est ;  
Si mereor, studiis adsit amica meis.  
Cælius ex alto qua mons descendit in æquum ; 835  
Hic ubi non plana est, sed prope plana via est :  
Parva licet videas Captæ delubra Minervæ,  
Quæ dea natali cœpit habere suo.  
Nominis in dubio causa est. Capitale vocamus  
Ingenium sollers : ingeniosa dea est. 840  
Au, quia de capitis fertur sine matre paterni  
Vertice cum elypeo prosiluisse suo ?

An, quia perdomitis ad nos captiva Faliscis  
 Venit? et hoc ipsum littera prisca docet.  
 An, quod habet legem, capitis quæ pendere pœnas 845  
 Ex illo jubeat furta reperta loco?  
 A quacunque trabis ratione vocabula, Pallas,  
 Pro ducibus nostris ægida semper habe.  
 Summa dies e quinque tubas lustrare canoras  
 Admouet, et forti sacrificare deæ. 850  
 Nunc potes ad solem sublato dicere vultu:  
 Hic here Phryxæ vellera pressit ovis.  
 Seminibus tostis seclerata fraude noveræ  
 Sustulerat nullas, ut solet, herba comas.  
 Mittitur ad tripodas, certa qui sorte reportet, 855  
 Quam sterili terræ Delphicus edat opem.  
 Hic quoque corruptus eum semine nuntiat Helles  
 Et juvenis Phryxi funera sorte peti.  
 Usque recusantem cives, et tempus, et Ino  
 Compulerant regem jussa nefanda pati; 860  
 Et soror, et Phrixus, velati tempora vittis  
 Stant simul ante aras, junctaque fata gemunt.  
 Adspicit hos, ut forte pependerit æthere, mater,  
 Et ferit attonita pectora nuda manu;  
 Inque draconigenam nimbis comitantibus urbem 865  
 Desilit, et natos eripit inde suos.  
 Utque fugam capiant, aries nitidissimus auro  
 Traditur. Ille vehit per freta longa duos.  
 Dicitur infirma eorum tenuisse sinistra  
 Fœmina, eum de se nomina fecit aquæ. 870  
 Pœne simul periit, dum vult succurrere lapsæ,  
 Frater, et extentas porrigit usque manus.  
 Flebat, ut amissa gemini consorte pericli,  
 Cæruleo junctam nescius esse deo.  
 Littoribus tactis aries fit sidus: at hujus 875  
 Pervenit in Colehas aurea lana domos.  
  
 Tres ubi Luciferos veniens præmiseric Eos,  
 Tempora nocturnis æqua diurna feres.  
  
 Inde quater pastor saturos ubi clauscrit hædos,  
 Canuerint herbæ rore recente quater; 880  
 Janus adorandus, eumque hæc Concordia mitis,  
 Et Romana Salus, araque Pacis erit.

: 805

810

815

820

825

830

835

840

Luna regit menses. Hujus quoque tempora mensis  
Finit Aventino Luna colenda jugo.

THE END.

do  
di  
the  
of  
me  
ex  
en  
me  
tic  
de  
Se  
be  
  
ed  
the  
ne  
  
ex  
ra  
be  
wi  
the  
Tu  
an  
  
a  
Th  
Ir  
co  
co  
sh

## LATIN CLASSICS.

CHEAP COLONIAL EDITIONS

FOR

COLLEGES AND SCHOOLS.

Although the great improvements in the Printing Art have done so much to add to the appearance of Books, and also to diminish the cost, yet the price still forms rather a serious item in the expense of education. This is particularly the case in editions of the Greek and Latin Classics. There is no want of excellence in many of these, but they are generally either so comprehensive or so extended by annotations, that the price is an obstacle to those who, entertaining enlarged views of the advantages of education, have not means commensurate with their wishes. It is, therefore, the intention of the Subscribers, to publish neat and correct editions of such detached portions of the Classic authors as are usually read in Schools and Colleges. This plan has been tried in England, and has been attended with marked success.

To those who are obliged to study economy in education, these editions will be recommended by their cheapness, their accuracy, and their being limited in their extent to that which is absolutely necessary.

To those, who either possess, or can afford to possess more expensive editions, these little copies will be offered as a means of saving the others from that speedy injury or destruction which befalls books in the daily transit between home and school. They will be more portable and convenient, more fair and scholar-like in the class-room—not open to the just and reasonable objection which Tutors make to editions so charged with notes, that they almost amount to a translation.

Some years ago, the Subscribers made the attempt to introduce a uniform series of Books into the Common Schools of Canada. Their design was heartily seconded by the Board of Education in Ireland, who promptly and with the utmost liberality placed the copyright of their valuable Text Books at their disposal. At a very considerable expence of labour and money, the Subscribers, in a shorter period than they anticipated, succeeded in introducing the

## LATIN CLASSICS.

Books into almost every section of the Province. Since then the indefatigable and intelligent Superintendent of Education in Canada West, who, at an early period, expressed to the Subscribers his favourable opinion of these Books, having himself obtained permission to reprint them, delegated the right to other Booksellers in Canada, by whom, and by the Subscribers under their original grant from the Irish Board, the Province is now abundantly supplied with these excellent Books.

The success which attended this experiment to improve and render uniform the Books used in the Common Schools of Canada, has emboldened the Subscribers to undertake the publication of the Classical series now announced for the use of Colleges, High Schools, District and Grammar Schools.

The first numbers of the series will consist of the following:—

Excerpts from Cornelius Nepos.

The First Four Books of Cæsar.

The Georgics of Virgil.

The Fasti of Ovid.

The Third and Fourth Books of Quintus Curtius.

Cicero de Amicitia.

Cicero de Senectute.

Taciti Agricola.

Excerpts from Horace.

To be followed in rapid succession by Sallust's History of Cataline's Conspiracy, The Four First Books of Virgil's *Æneid*, and other Standard Text Books.

The price of each will vary from 9d. to 1s. 9d. currency, according to the quantity of printed matter in each.

Orders for copies will be executed by the Booksellers throughout Canada, or by the Publishers.

ARMOUR & RAMSAY.

## NATIONAL SCHOOL BOOKS.

---

Since the Subscribers published this valuable series only a few years ago, the demand has so steadily increased, as to require the issue of several large editions. The present have been carefully revised and freed from typographical errors. The Introduction to Geography has been greatly improved, and the Sequel to the Second Book has been lately added to the series. Teachers will find this last named book of great service to them in preparing the way for the use of the Third Book.

|                                                                                                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                                                                             |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| General Lessons, to be hung up<br>in Schools.<br>First Book of Lessons.<br>Second Book of Lessons.<br>Sequel to the Second Book.<br>Third Book of Lessons.<br>Fourth Book of Lessons.<br>Fifth Book of Lessons.<br>Truth of Christianity.<br>First Book of Arithmetic and Key. | English Grammar and Key.<br>Book-keeping and Key.<br>Treatise on Mensuration, for the<br>use of Teachers.<br>Elements of Geometry.<br>Introduction to Geography and<br>History, with Maps, Plates,<br>&c., new edition, much im-<br>proved. |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

The Subscribers also publish editions of the following popular

### SCHOOL BOOKS:

|                                                                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| The Canadian Primer, by Peter<br>Parley.<br>Manson's Primer.<br>First Reading Book.<br>Second ditto.<br>Third ditto.<br>Mavor's Spelling Book.<br>Carpenter's ditto.<br>Webster's ditto.<br>Murray's English Reader.<br>Ditto Large Grammar. | Murray's English Small Grammar<br>The Shorter Catechism.<br>Ditto. with Proofs.<br>Catechism of Universal History.<br>Ditto History of England.<br>Ditto Geography.<br>Walkington's Arithmetic.<br>Walker's Dictionary.<br>Canadian School Atlas.<br>Ewing's Canadian School Geo-<br>graphy. |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

### OUTLINED MAPS FOR SCHOOL ROOMS.

---

By an arrangement with the Edinburgh Publishers, the Subscribers are enabled to sell at the remarkably low price of 6s 3d each, a series of outlined Maps lately produced for the use of Schools and Colleges in Scotland.

ARMOUR & RAMSAY.

